

957

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Ratisbonne, 29 mars 1541.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Epp. et Resp. 1573, p. 27¹. Calvini Opera. Brunsv., XI, 174.

Ex quo hic² sum nihil tibi scripseram: sed mandaveram *Claudio meo*³, ut quicquid à me acciperet, curaret ad te pervenire. Nam nec erat dignum aliquid tua lectione: et ego abs te literas prius expectabam, quas ea mercede remunerarer. Interim dum expecto nunciatur mihi gravis calamitas: *Claudium nostrum*, quem unice diligebam, peste absumptum esse: *Ludovicum*, fratrem *Caroli*⁴, triduo post secutum. Domum meam miserè dissipatam esse; *fratrem meum* cum *Carolo*⁵ in vicinum pagum concessisse, *uxorem* se ad fratrem recepisse; minimum ex *Claudii* discipulis⁶ decumbere. Ergo ad doloris acerbiter accessit vehementer anxia pro iis qui supersunt sollicitudo. Mihi dies ac noctes animo observatur *uxor* consilii inops, quia capite suo caret. *Cruciat me mirum in modum optimi Caroli orbitas, qui intra quatrimum fratre unico, et præceptore quem patris vice coluit, privatus est. Novi autem ipsum tener-*

¹ Ici, comme ailleurs, Bèze a interverti plusieurs fois l'ordre des mots, en vue d'une latinité plus correcte.

² Dans l'original: *Ex quo ex sum*. Le mot *hic* est d'une autre main.

³ Maître *Claude Féray* (N° 953) qu'il appelle plus bas *Claudium nostrum*. Il était mort vers le milieu du mois de mars. Dans sa lettre du 16, adressée à Camerarius, Jacques Bédrot nous apprend que *Féray* l'avait parfois remplacé et qu'il avait interprété au Gymnase des tragédies de Sophocle (Voy. Ch. Schmidt. Vie de Jean Sturm, p. 76).

⁴ *Louis* et *Charles de Richebourg*, élèves de *Féray*.

⁵ Texte de Bèze: *Caro*. Cette faute d'impression a passé dans l'édition de Brunswick et même dans son Index général, où figure le nom imaginaire de *Cardus*.

⁶ Le plus jeune des élèves de *Claude Féray* était probablement *Malherbe*, natif de la Normandie, comme les deux frères *Richebourg*.

*rimo esse animo. De Malherbio cogitare non possum, quin simul in mentem veniant optimi juvenes qui eum custodiunt*⁷. Quamquam autem hæc mihi tantum afferunt mœrorem, ut mentem prorsus obruere et frangere animum possint, incredibile tamen est quanto luctu ob Claudii mei mortem conficiar⁸. Neque mirum videri tibi debet. His duobus annis quantum mihi opus fuerit certo et fideli amico, qui me in tot tamque variis molestiis ac perturbationibus sustineret, potes cogitare. Ille verò se non modò fidelissimum, sed per omnia obsequentissimum mihi exhibuit, adeò ut ipso æquè propemodum familiariter ac fratre meo uterer. Cum animi suspensus, ut scis, nuper discessissem, sanctissima fide receperat, se quocumque annuissem venturum, neque mihi unquam defuturum. Ergo quò magis reputo quantopere indigeam bono consiliario, qui à latere meo nunquam discedat : ab altera parte, quàm rarum sit hoc tempore exemplum talis benevolentie et fidei, non aliter possum judicare, quàm Dominum, mihi hunc auferendo, voluisse in peccata mea graviter animadvertere. Sed dum obiter volo meas miserias attingere, ultra modum diffluo. Hoc facit cum optimi viri memoria, quæ utinam tam suavis mihi aliquando sit quàm sancta semper erit, tum pia de reliquiis [i. reliquis?] sollicitudo.

Cæsar hactenus expectavit dum venirent Principes. Adfuerunt ab initio duo Bavari et latro Brunsvicensis, Germanie dedecus

⁷ Au milieu de ces *juvenes* se trouvait Sébastien Châteillon. On lit, en effet, pp. 27-28 de sa *Defensio*, opuscule adressé à Calvin, et que nous avons déjà cité (VI, 377) : « Cum tu *Ratisbonam* ad comitia profectus esses, accidit ut peste mortuus sit domi tuæ... convictor quidam tuus Gallus nomine *Claudius*. Qua de causa, cum reliquis suasissent medici, ut ex ædibus tuis... migrarent, venit ad me *frater tuus* : rem uti est narrat, rogat ut, ab hospite meo petam, ut se unà cum reliquis tuis convictoribus domum suam admittat... Ego qui tua causa quidvis facturus essem, feci, et ab homine Germano... facile impetravi. Ipsemet ex lecto meo cessi, ut locus esset commodior ægrotis. Nam ibi ægrotavit peste *Valtherbius* [i. *Malherbius*] : *Ludovicus* verò mortuus est, convictores tui, quibus ego ægrotantibus perpetuo inservivi ut potui.... Et tu mihi postea *Ratispona* reversus de illo officio gratias egisti. »

⁸ A ce propos, nous devons citer les paroles suivantes de l'un des biographes du Réformateur : « Il y a quelque temps, une collection des Lettres de Calvin tomba entre mes mains. J'en croyais à peine mes yeux, en trouvant là un homme très différent de celui que je m'étais figuré. Combien je fus surpris, lorsque j'appris à connaître en lui un homme plein d'humanité, de compassion, d'amitié, de sympathie ! » (*Calvin's Leben, Meinungen und Thaten*, von J. F. w. T. Leipzig, 1794, in-8°.)

simul et exitium⁹. Sensim venerunt legati, alius post alium¹⁰. Tandem secuti sunt ex Principibus *Federichus* Palatinus, *Electoris* frater, *Otho*¹¹ ejus nepos, *junior Wirtembergensis*, *Laudgravius*, *Moguntinus*, *Albertus Budensis*, *Princeps ab Anhalt*¹², *Saxonis* legatus. *Electo Brandenburgensis* brevi venturus est. Alios non desinet sollicitare *Cæsar*, donec pertrahat. *Saxo* justissimis causis absentiam suam excusavit per legatos. Duae sunt urbes in fœdere, *Coslaria* et *Brunsvicum*¹³ : quas *Heurichus*, sub pretextu *banni*, multis prædationibus et latrociniiis aliquamdiu infestavit¹⁴. Nuper *nostris* decreverant¹⁵, ut armis communibus defenderentur. *Cæsar* interea, *ne impedirentur comitia, omnia judicia in nos intentata suspendit : omnes etiam sententias contra nos latis irritas esse voluit, donec de tota summa hic cognosceretur*. Eo edicto promulgato, mandavit etiam *Brunsvicensi* nominatim, ut quæ rapuerat restitueret, et in posterum à vi abstineret. Quanquam facturum se omnia recepit, pergit tamen ut ceperat¹⁶. Dicis ipsum cum *Cæsare* colludere. Quidquid sit, in tanta certè necessitate deserere socios non potest *Saxo*. Itaque manet in specula, ut si quid *iste* moverit, statim se objiciat. Deinde ex quo tempore denunciatae erant illæ

⁹ Voyez, sur *Henri de Brunswick* et sur quelques-uns des personnages mentionnés ci-après, le N° 955.

¹⁰ Le 26 mars, *Gaspard Cruciger*, après avoir parlé de *Mélancthon*, énumérait ainsi les autres théologiens de son parti présents à Ratisbonne : « Ex nostris adsunt hi tantum : *Corvinus*, *Kymæus*, *Dionysius* [*Melander*], doct. *Draco*, *Ioh. Pistorius*, adducti a Landgrave ; ex civitatibus *Bucearus* et *Calvinus* » (Mel. Epp. IV, 147).

¹¹ Appelé ordinairement *Othon-Henri*.

¹² Le prince *Wolfgang d'Anhalt*.

^{13,14} Voyez, sur *Goslar*, mise au ban de l'Empire, le N° 955, note 9. Le 23 novembre 1540, *Jean-Frédéric* de Saxe et le *landgrave de Hesse* avaient déclaré à l'Empereur, qu'il leur serait impossible de se rendre avec sécurité à *Ratisbonne*, si l'exécution des décrets de la chambre impériale n'était pas préalablement suspendue, et ils lui avaient signalé les actes tyranniques et les violences dont *Goslar*, *Brunswick* et plusieurs autres villes réformées accusaient le duc *Henri* (Voyez Neudecker. *Urkunden aus der Reformationszeit*. Cassel, 1836, p. 613-621).

¹⁵ A Naumbourg, le 19 novembre 1540 (Heineccius, o. c. 477).

¹⁶ *Henri de Brunswick*, qui était soutenu par les ducs de Bavière, disait le 15 février, que l'Empereur n'avait pas le droit de suspendre l'exécution de l'arrêt contre *Goslar*, et que sans la réunion prochaine de la Diète, il aurait déjà « pris et détruit » cette ville (Voyez Læmmer, o. c., p. 348, 349, 361).

suspensiones, citatus fuit ad audiendam *banni*, hoc est clarigationis vel proscriptionis, sententiam. Paucis pōst diebus idipsum nobis est factum ¹⁷. *Cesar* nescio qua religione, magna tamen asseveratione testatur hæc sibi magnopere displicere, ac daturum operam ut in fumum abeant; fiunt tamen non sine magno nostro periculo. Quid enim si cras pronnciarint? Pedem hinc efferre non possumus, quin caput nobis auferatur.

Exeiderat mihi *Sabaudus* ¹⁸, qui huc se sistit ad fidem Imperio obligandam, quò nostris opibus recuperet possessiones, quas cum teneret Imperio accenseri nunquam voluit. Serò igitur; sed missus est a *Rege Gallie* legatus, advocatus *Raymundus* ¹⁹, qui pro *ducatu Sabaudie* in fidem ac clientelam Imperii ipsum recipi peteret.

Legationes exterarum gentium adsunt multæ et magnificæ. Contarenus Cardinalis pro suo pontifice: qui nobis primo ingressu ²⁰ tot cruces aspersit, ut biduo pōst brachium illi ex fatigatione laborasse arbitrer. *Mutiuensis episcopus* ²¹, filius *Hieronymi Moroni*, sub Nunciî titulo separatim missus est. *Contarenus* sine sanguine subigere nos cupit. Proinde tentat omnes vias conficiendi ex sua utilitate negocii citra arma. *Mutiuensis* totus est sanguinarius, et bellum subinde in ore habet. Uterque in hoc totus est, ut omnes amicas tractationes præcidat; sed hoc postea. *Veneti* suum habent legatum, splendidum hominem ²². *Anglus* verò, præter ordinarium quem habere solet, *Vintonieusum* ²³ misit magno apparatu, hominem ad

¹⁷ A Worms même, où l'arrêt de proscription fut affiché pendant le Colloque: ce qui faisait dire à *Mélancthon*, que c'était une déclaration de guerre aux Protestants (Lettre à Joachim Camerarius).

¹⁸ *Charles III*, duc de Savoie (Voyez la lettre de R. Gualther du 28 avril, notes 18, 20).

¹⁹ C'était sans doute *Reymond Pellisson*, premier président du parlement de Chambéri pour François I (V, 201, 281, 330). Il devait être plus apte à soutenir la cause du Roi que ce *Pierre Remon*, qui devint plus tard premier président du parlement de Rouen.

²⁰ N° 955, note 14.

²¹ *Jean Morone*, évêque de Modène, créé cardinal en 1542. Il était fils de *Jérôme Morone*, ancien chancelier de Francesco Sforza (Voy. H. Martin. Hist. de France, 4^{me} éd., VIII, 86).

²² Cet ambassadeur vénitien était *Francesco Sanuto* (1494-1556) dont la « *Relazione ritornato ambasciatore di Ferdinando re de' Romani l'anno 1541*, » se trouve dans l'ouvrage intitulé: « *Relazioni degli ambasciatori veneti al Senato raccolte da Eugenio Alberi. Firenze, 1840*, » série I, vol. II, pp. 119-158, à comparer avec le vol. III, 1853, p. 90. Son successeur auprès de Ferdinand fut *Marino Cavalli*, nommé le 4 octobre 1541. On

malitiam nimis acutum. Omitto *Portugallum* et reliquos. A *Rege* quoque *Galliae* est quidam *Velius*²⁴, homo stolidus et importunus. Cum Principes nominarem, totam fecem *ordinis pfafici*²⁵ præterii, excepto uno *Moguntino*. Adsunt tamen *episcopi* frequentes : *Ratisponensis*, *Augustanus*, *Spirensis*, *Bremensis*, *Salzburgensis*, *Brixienensis*, *Wormaciensis*, *Bambergensis*, *Heidelsemensis*²⁶ et aliquot alii.

Superest ut tibi scribam quid futurum suspicemur, si tamen ullo modo divinare licet. Nam ego non satis certa indicia video, ex quibus sumi queant probabiles conjecturae. *Nostrorum omnium animi vehementer sunt exacerbatî ulcersûs Henrichum*. Nam virulentissimis libellis eos proscidit nimis atrociter²⁷. Itaque rogant *Cæsarem*, ut pro calumniatore censeatur, si compertum fuerit, ipsum impudentissimis mendaciis eorum famam lacerasse. Nec video qualiter istud componi queat, nisi ad Ordinum cognitionem referatur. Jam enim *Laudgravius* negavit *Cæsari*, se passurum ut transactione aut arbitrio controversia hæc finiatur. Ne *Cæsarem* quidem ipsum voluit arbitrum recipere. Hoc impedimentum tametsi minimè videtur ad summam rerum pertinere, quia tamen turbabit initia, verendum est ut multùm officiat.

Jam negocium religionis sic habet. Cæsar, quia res suas plurimum impeditas cernit, non libenter novas sibi molestias accersit.

conservait jadis à la Bibliothèque Soranzo un manuscrit de *Sanuto* dont voici le titre : « Epistola *Francisci Sanuti*, equitis, ad Angelum, Marcum et cæteros filios, in qua plura de sua ad Romanorum regem legatione disserit » (Communication obligeante de M. Victor Ceresole, consul suisse à Venise).

²³ *Étienne Gardiner*, évêque de Winchester (III, 364. — Mel. Epp. 140).

Portugallum est une façon abrégée de désigner l'ambassadeur du roi de Portugal, *Jean III*, beau-frère de Charles Quint.

²⁴ Les nouveaux éditeurs de Calvin traduisent *Velius* par *du Veil*, nom imaginaire. C'était *Claude Dodieu*, seigneur de *Vély*, ambassadeur de France à la cour de l'Empereur. Granvelle l'accusait, en 1535, d'espionner « déshontément, » de « contrefaire le fin » et d'être importun et indiscret (Papiers de Granvelle, II, 335, 336). Mais d'autres Français étaient les bien-venus auprès des Protestants. « *Galli* nos plures accedunt (écrivait Mélanchthon) qui... favent et literis et puræ religionis doctrinæ. Audio multos et in aula *Cæsaris* moderatissimè loqui de hoc ipso genere doctrinæ quod ecclesiæ nostræ profitentur » (Lettre du 29 mars, o. e. p. 145).

²⁵ De *Pfaffe*, prêtre.

²⁶ On disait aussi au moyen âge : *Hildesemensis*, *Hyldescensis*. L'appellation correcte était *Hildeshemensis*.

²⁷ Voyez le N° 955, note 10.

Timet impressionem Turcicam. A *Rege Gallie*, aut dubia pax aut aperti belli periculum ²⁸. Quanquam de *Turca* varii rumores dissipantur. Cum *Hungaricus ille monachus* ²⁹, qui mortuo *Joanne rege* ³⁰ pupilli tutelam arripuit, agrè *Ferdinandum* sustineret, auxilium a *Turca* petiit. Ille non nisi exiguas copias subsidio misit, quæ *Bestam* ³¹, *Ferdinandi* urbem, aggressæ sunt. Urbs est in ripa *Danubii*, è regione *Budæ*; ad eam obsidionem solvendam milites colligitur. Jam alii *Turcam ipsam* adventare ferunt magno exercitu et apparatu. Alii hunc ejus apparatus nescio quo domestico motu fuisse interpellatum asserunt. Videbimus tamen brevi, quale illud sit. Non enim dubium erit, quin domi sit valde impeditus, si a *Walachis* absteineat. Post defectionem à suis tyrannis in ejus potestatem, ut nosti, se tradiderant. Ille Palatinum ex eorum stirpe præfecerat, sed alumnum suum ³². Nescio quid factum sit, ut ejus sævitiam experti tentare extrema maluerint, quàm sub ejus dominio manere. Hac igitur hyeme trucidato Palatino, quidquid etiam *Turcarum* apud se fuit sustulerunt. Novum sibi ducem crearunt, quem jurejurando adederunt ad promittendas cum *Turca* æternas inimicitias. Arcem occuparunt munitissimam, quam ipse mira cele-

²⁸ A comparer avec le t. VI, p. 201, n. 17, p. 236, fin de la n. 15.

^{29,30} Après avoir conquis la Hongrie (1526) *Soliman* y avait établi comme roi le vayvode de Transylvanie, *Jean Zapoly*, qui fut dès lors le vassal de l'Empire turc. *Zapoly* mourut le 21 juillet 1540, laissant un fils en bas âge, que le parti national reconnut roi de Hongrie. Un moine qui était en même temps évêque, *Georges Martinuzzi*, et plusieurs seigneurs furent proclamés tuteurs de l'enfant royal. Mais bientôt l'armée de *Ferdinand* vint les assiéger dans *Bude*, où résidait la reine mère, Isabelle, avec le jeune roi Jean-Sigismond, et ils durent appeler les Turcs à leur secours (Voy. Sleidan, II, 194, 199, 239-40. — H. Martin, o. c. VIII, 275).

³¹ Au lieu de *Pestham*.

³² Selon J. de Hammer (Hist. de l'Empire ottoman. Paris, 1835-39, t. V, p. 67-69), l'un des généraux du sultan *Soliman* s'empara, en 1521, du fils du vayvode de Valachie, *Nagul-Bessaraba*, âgé de sept ans, et l'emmena à Constantinople avec ses parents; puis il vainquit un ancien moine nommé *Radul*, qui avait été élu par les boyards. Un second *Radul*, parent de *Bessaraba*, fut vainement secouru par *Jean Zapoly*, comte de Zips, et dut se livrer au Sultan, qui le retint à sa cour, et ne le rétablit dans sa principauté que lorsqu'un nouveau prince nommé *Wlad* eut été, à son tour, forcé de fuir (1525).

Mais l'historien précité ne fournit pas de détails sur les faits récents mentionnés ici par Calvin. L'Histoire de Valachie par Engel, p. 205 et suivantes, en dit peut-être davantage.

ritate ædificaverat ad fines *Poloniæ*. Hanc contumeliam si non vindicabit, sciemus esse alibi occupatum. Et utinam sit, ut dum ille curat sua vulnera, nos spacii aliquid ad colligendas mentes ac vires habeamus! *Polonus*³³ vicinos suos *Valachos* posset optimè adjuvare, nisi *Tartari*³⁴ ejus regno molesti essent: qui superiori hyeme magnas prædas subita incursione abegerunt, et videntur velle pergere ulterius. Quidquid sit, *Cæsar compositam habere Germaniam cupit, donec ab illis se difficultatibus explicuerit*; nec ullos motus hoc tempore excitabit, nisi magna hostium nostrorum importunitate invitus in aliquam necessitatem pertrahatur. *Nostri* semel audientiam sibi fieri volunt: deinde quia nullam fidam aut diurnam pacem fore sperant, nisi constituta religionis concordia et ecclesiis in ordinem reductis, urgebunt ut hanc actionem Ordines seriò suscipiant. Alioquin nihil magis cupiunt quàm omnes dissensiones pacificare sine tumultu, nec bellum aliter horrent quàm certam patriæ suæ perniciem. Itaque quoad poterunt se à turbulentis consiliis alienissimos esse ostendent.

Alterius partis tria sunt genera: sunt enim qui classicum canunt ac palàm insaniunt, quòd non primo die impetamur. Hujus classis principes sunt *Moguntinus, Barari, Brunsvicensis Heurichus* et ejus frater *episcopus Bremensis*³⁵. Alii, quia consultum patriæ volunt, cujus interitum vel gravissimam calamitatem ac vastationem à bello prospiciunt, huc conferunt omnia studia, ut sine religionis constitutione qualiscunque pax fiat. Tertii tolerabilem aliquam et doctrinæ et disciplinæ ecclesiasticæ correctionem libenter admitterent; sed quia vel nondum eò usque progressi sunt, ut causam penitus cognitam habeant, vel sunt animo submissiore quàm ut ejus consilii authores se profiteri audeant, ita se gerunt ut videantur nihil nisi publicam tranquillitatem quærere. In eò ordine sunt *Coloniensis* et *Augustanus*³⁶, ex grege sacerdotali: ex Principibus, *ambo fratres Palatini, Otho* eorum nepos, et fortasse *Dux Clivensis*³⁷. Qui turbare moliuntur, quia pauciores sunt numero, et omnes honos sibi reclamantes habent, vix consequentur quod captant.

³³ Le roi *Sigismond I* (V, 230, note 13; 254, renv. de n. 42).

³⁴ C'est des Russes qu'il s'agissait.

³⁵ *Christophe de Brunswick*, archevêque de Brême (Seckendorf, III, 201 a).

³⁶ L'Électeur *Hermann de Wied*, archevêque de Cologne (VI, 220, 259, 260) et *Christophe de Stadion*, évêque d'Augsbourg.

³⁷ *Guillaume*, duc de Clèves et de Juliers (Voy. les Indices des t. V et VI).

Deinde *Cæsaris* animus, ut dixi, omnino ad pacem inclinat. Si poterit obtinere, ut ³⁸ rejecto in aliud tempus religionis studio, hoc nervis omnibus contendet; sed *nostri* non facilè acquiescent. Et habebunt socios in flagitanda Ecclesie reformatione: sic, tametsi exigua, nonnulla tamen spes est aliquid agendi. *Legati pontificis*, pro solenni suo more, *fortiter adversantur ne descendamus in aliquam actionem: actum enim de regno suo putant, si ulla de religione disceptatio, si consultatio de Ecclesie reformatione, sine idoli illius autoritate instituitur. Palàm simulant se promovere quam petimus colloctionem, sed cùm magnis tum pollicitationibus, tum minis nos oppugnant. Cæsarem parati sunt adjuvare grandi pecunia, si ad arma volet prorumpere, aut, quod Contareus mallet, si potest nos sine cæde reprimere.* Si aliquid concedat Rom.[ana] sedis tyrannidi minùs consentaneum, fulmina illa minantur quibus totum orbem concutere solent. Propter *res Italicas* obnoxius est *Cæsar*. Ergo eò, si licebit, confugiet, ut pace temporaria, vel paucorum annorum induciis, *Germaniam* componat, intacta causa: quod difficulter impetrabit.

Vides nunc (quod initio dixi) tam obscuras esse conjecturas, ut ne divinationi quidem relinquatur locus. Quid ergo agimus? *Iurocubimus* scilicet *nomen Domini, precabimurque ut hauc maximam et gravissimam causam, in qua et ipsius gloria et Ecclesie salus continetur, sua moderatione gubernet*, ac in tanto articulo ostendat, sibi nihil esse preciosius quàm coelestem illam sapientiam quam nobis in Evangelio revelavit: et eas animas quas sacro filii sui sanguine redemit. Eòque intentioribus et animis et studiis nobis flagitandus est, quò sunt omnia ab omnibus incertiora. *Si totam hujus negotii progressionem ac seriem diligenter expendimus, reperimus Ipsum mirificis modis, sine hominum vel consilio vel auxilio, atque etiam præter omnium spem, erepta gubernasse. Ab hac igitur virtute, quam toties exeruit, nunc toti, rebus tam perplexis, pendeamus. Unum me terret, quòd tantum inter nos video securitatis: id verò non me terret modò, sed consternat penitùs, quòd nova quotidie offendicula excitantur, quale est ἐν τῇ διγαμίᾳ, vel potiùs διγαμίᾳ ³⁹: neque tamen ideo dejicior. Quidquid accidet, nunquam se ipsum Dominus abnegabit.*

³⁸ Calvin, semble-t-il, aurait dû supprimer *ut*, ou écrire: *ut rejiciatur* in aliud tempus religionis *studium*, etc.

³⁹ Allusion à la bigamie du landgrave de Hesse (VI, 129, n. 33. — Martin, o. c. VIII, 321).

Nuper a *Vireto* literas recepi, quibus ideo breviter respondeo, quòd nunc minimè integrum est nobis de ea re deliberare. *Utinam*, mi Farelle, *concedere istuc primo die liceat! Sed quid vis faciam? Teneor hic constrictus, et vereor magnopere ne tedio hic contabescam*. Vale, optime et dulcissime frater. Saluta amantissimè meis verbis omnes fratres, *Capunculum, Thomam, Michaëlem*⁴⁰, cui magnum mœrorem afferent istæ literæ, *Corderium* præceptorem meum, et reliquos. Ratisponæ, 4. Calend. Apriles (1541).

CAL. tuus.

[P.-S.] Cum jam literas meas clausissem, allatæ sunt *Vireti* literæ ad *Bernenses*⁴¹ et ad *Grynorum* alteræ, cum appendicula tua. Tuæ etiam ad ipsum *Grynorum*. Cum *Bucerus* omnes legendas mihi dedisset, rogavi ut illas priores *Vireti* et tuas legeret. *Unas abdidi, quia verebar ne magis exulcerarent quàm ad aliquid bene ageudum commoverent. Atque ut tuam acerbiter recognoscas, tibi eas remitto. Ego, mi Farelle, quidquid abs te prodit placidissimo animo accipio*. Neque verò æquum est, ut cum mihi tantum juris apud te sumam, tibi legem dicam. Apud me igitur omnia impunè dices et facies: *sed cogita esse alios, qui indignè sibi impietatem et perniciem ecclesiæ impingi ferant*. Istud neque tua neque mea causa dico, sed ne viam nobis obstruamus. Quoniam ita vis, nec dimoveri à sententia potes, ego paratissimum me offero etiam ad devotionem. Quid vis ampliùs, quàm ut me dedititium tibi tradam? Non sunt verba. Videor mihi satis ab initio declarasse, me non joculari in hoc negotio. Sed quia id tibi persuaderi non potest, non habeo quod faciam, nisi Dominum precer ut animum tibi meum aperiat.

Bucerus nondum legit. Tentavi tamen illius animum, an sustineret se *illuc* duci ab istis comitiis, prinsquam domum revertamur. Non visus est mihi aspernari. Nihil ergo melius video quàm ut consilium istuc prosequamur. Rogo ut sine tanta vehementia *Capitoni* exponas id tibi videri reliquum, quando priori spe frustrati vos sumus. *Ignosces quòd liberiùs scribam. Conjicere enim*⁴² *potes quanto mœrore sim afflictus, dum [cogito] talem amicum mihi ereptum esse, uxorem, fratrem, Carolum, quem fratris loco habeo, saltem secuudi,*

⁴⁰ Jean Chapouveau, Thomas Barbarin, Michel Mulot.

⁴¹ Lettre du 6 février, N° 940. Les deux lettres adressées à *Grynæus* sont perdues.

⁴² Éd. de Brunswick: *tamen*. L'original porte *enim*.

*et totam familiam, quique ad opem nobis ferendam accurrerunt*⁴³, *in præsentî mortis periculo esse. Atque utinam hic esses ad horam unam! Novi tuam humanitatem. Non posses me sine ingenti tristitia inspicere. Ego enim dies et noctes sum in luctu: nec elugere possum. Sed quid tibi molestus sum mea miseria, cum nihilo magis me exonerem quàm si eam, ut soleo, tacitus devorarem?*

Vale igitur, mi Farelle. Dominus tibi lætiora! Vides me prioribus literis⁴⁴ non ita flebiliter calamitatem meam deplorasce: quia malebam solus esse miser, quàm partem in amicos devocare⁴⁵. Sed dum excusare me tibi volo, facio quod homines consternati solent, qui non respondent sine magno tumultu, etiam si blandiri velint.

(Inscriptio:) Guillelmo Farello, ecclesiæ Neocomensis pastori fidelissimo, fratri meo observando.

958

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Genève.

De Ratisbonne, 2 avril (1541).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106, Calv. Opp.
Brunsvigæ, XI, 181.

Quod in tanta animi perturbatione de his comitiis scribere potui, diligenter et copiosè in meis ad *Farellum* literis¹ complexus sum. Paucis ab hinc diebus mihi renunciatum est, me fidelissimo et summa familiaritate mihi conjuncto amico² esse orbatum: deinde adolescente optimæ spei³, qui me ut patrem colebat, et à me non secùs ac filius diligebatur. Domum meam utriusque morte esse funestam. Tertium⁴ decumbere. *Uxorem meam* concessisse ad fra-

⁴³ Voyez la note 7.

⁴⁴ Il entend sans doute par *la première lettre* tout ce qui précède son *post-scriptum*. Ce P.-S. a été supprimé par Théod. de Bèze.

⁴⁵ Éd. de Brunswick: *devolvere*. Ce mot eût été peut-être plus logique; mais il n'existe pas dans l'original, où on lit assez distinctement *devorare* ou *devocare* écrit sans rature.

¹ Voyez la lettre précédente.

^{2,3,4} *Claude Féray, Louis de Richebourg et Malherbe.*

trem suum ⁵. *Carolus* ⁶ cum *fratre meo* aliò diffluxisse. Hæc cum per se miserrima sunt ac mœstissima, tum hæc quoque res auget acerbitatem, quòd illos in periculo esse audio, nec possum succurrere, vel saltem mea præsentia aliquantulùm solari.

Quantùm ad tuas literas ⁷, puto jam tibi esse satisfactum. Nam ante abitum scriptis ad *Senatum Genevensem* literis ⁸ excusaveram quòd istuc non citò venirem. Cum autem mihi, dimidia ferè hora post quàm nuncio meas dederam, tuæ ad me perlatae essent, nec tibi respondere tunc liceret, simul atque *Ulmam* veni, studui efficere ne me in curanda illa ecclesia nimis negligentem putares ⁹; simul *Farello* purgare me conatus sum ¹⁰, qui vehementior in me objurgando fuerat. Si illarum omnes literæ ad vos, quod spero, pervenerunt, facilè profectò intelligis, me nullo modo potuisse huic tuo vel consilio obtemperare, vel studio morem gerere. Nam quod dicis, fore nobis per aliquot dies inducias ¹¹, hoc tibi concedo. Nihil dum enim est inchoatum. Sed quoniam tempus, modum, ordinem agendi habent in manu sua hostes, nos hic stare omnibus momentis paratos necesse est. Deinde libros, vestes, impedimenta alia advehere nobiscum oportuit: quod istinc fieri non poterat. Postremò non credas quàm magno hinc vivitur. Non minoris in singulos dies constant civitati nostræ singula capita, quàm novem batziis. Conjunge ministrum cum quovis nostrum, fient octodecim. Neque hinc equos comprehendo. Satius igitur fuit parcere urbi non opulentissimæ, ne tam immanes sumptus ante tempus faceret. Sed nihil me magis distulit, quàm quia nihil sine collega tentandum mihi videbatur ¹².

De *Samarthano* placet quòd *Senatus* ei bonam spem fecit ¹³. Finem hinc faciam, quia in alteris ad *Farellum* modum excessi. Et jam mihi ad tertias et quartas transeundum est. Vale, optime et

⁵ Nous ignorons le prénom de ce *Debæur* ou de *Bure*, beau-frère de Calvin (VI, 275, n. 15).

⁶ *Charles de Richebourg*.

^{7,8} Voyez les N^{os} 939, 944.

^{9,10} Lettres de Calvin du 1 mars à^{er} Viret et à Farel.

¹¹ La lettre de Viret du 6 février ne disant rien de ces temps de « trêve » ou de relâche, entre le colloque de Worms et celui de Ratisbonne, trêve qui aurait permis à Calvin de se transporter à Genève, — on doit supposer qu'il s'agit ici d'une lettre qui est perdue (Voy. p. 63, 1^{re} ligne).

¹² C'est-à-dire, qu'il ne pouvait pas songer à entreprendre, sans *Bucer*, le voyage de Genève.

¹³ Voyez la note 7 du N^o 939.

integerrime frater, animo meo charissime. Dominus te spiritu suo semper dirigat! Saluta omnes amicos diligenter. Ratisponæ. 4 nonas apriles (1541).

Tuus J. c¹⁴.

De statu vestro velim mihi prima quaque occasione diligenter scribas, et quis tandem *litis*¹⁵ exitus vel fuerit vel expectetur.

(*Inscriptio* :) [Petro] Vireto, fratri meo charissimo.

959

JEAN CALVIN à M. de Richebourg¹.

(De Ratisbonne, 1^{ers} jours d'avril 1541).

Copie incomplète dans le t. 102 de la Coll. du Puy. Bibl. Nationale.
Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 188.

Quand les nouvelles me furent premièrement apportées de la mort de Maistre Claude et de vostre fils Louis², je me trouway tellement tout esperdu et confus en mon esprit, que par plusieurs jours je ne pouvois rien faire sinon pleurer. Et combien qu'en la présence de Dieu je me confortois aucunement et soulag[e]ois par les aides qu'il nous fournit en temps d'adversité, toutesfois devant les gens il me sembloit que je n'estois point moy-mesme. Pour vray, quant à toute la besongne que j'ay accoustumé de faire, je ne m'y trouvois non plus disposé que si j'eusse esté un homme demi-mort. Car, d'un costé, je me contristois d'avoir perdu un si bon et fidèle

¹⁴ Ces deux initiales sont entrelacées de manière à former un monogramme.

¹⁵ Le procès pendant entre Genève et Berne.

¹ M. de Richebourg, originaire de la Normandie, était probablement le seigneur de ce village de Richebourg, qui est situé sur la route de Rouen à Beauvais, à 34 kil. E. de la première de ces villes. Ce gentilhomme n'est guère connu que par la présente lettre. Bèze l'a traduite en latin dans son édition des *Calvini Epistolæ*, Genevæ, 1575, p. 280. Il lui a donné la date erronée de 1540, et l'en-tête : CAL. RICHBURGIO SUO S. D.

² et ⁴ Voyez, dans le N° 957, le premier paragraphe, qui est relatif à Claude Féray, aux deux frères de Richebourg et au jeune Malherbe.

amy, au temps où il nous faisoit plus de besoing : voire un personnage avec lequel j'avois si grande familiarité, qu'il n'est pas possible de voir geus mieur unis ensemble que nous estions nous deux. D'autre part, me saisissoit dueil et douleur qu'un jeune enfant de si grande espérance, comme estoit vostre fils, nous eust esté osté et emporté, au commencement de la fleur de son auge : voire celuy que j'aimois comme s'il enst esté mon fils, pour ce qu'aussi de son costé il m'honoroit comme si je luy ensse esté un second père.

Or, qui plus est, ceste tristesse tant amère estoit aussi accompagnée de grand soucy et perplexité de pensées touchant ceux qu'il avoit encore laissez en ceste vie. J'entendois que nostre maison estoit comme en debant³, les uns estant escartés de ça, les autres de là. Le danger de *Malherbe*⁴ en partie m'afflig[e]oit grandement à cause de luy-mesme, en partie aussi m'advertissoit de penser aux autres. Il me venoit en l'esprit qu'il ne se pouvoit faire que *ma femme* ne se trovast abbattue et pressée de grand ennuy. Mais sur tout j'avois incessamment comme devant mes yeux *vostre fils Charles*. Car comme il est d'un bon naturel et a tousjours eu envers son frère et son maistre non-seulement un amour naïf, mais aussi une honnesteté et révérence, je ne doubtois point que le povre enfant d'angoisse ne fondist tout en larmes. Une seule chose me souslagoit quelque peu : c'est que *mon frère* estoit avec luy, duquel j'espérois qu'il ne recevroit pas peu de consolation en telle calamité. Mais, d'autre part, je ne pouvois penser à cela que quant et quant⁵ il ne me vinst en l'entendement, qu'eux deux aussi n'estoyent pas encore eschappez du danger. Aussi jusqu'à ce qu'autres lettres m'ont esté depuis apportées, contenant que *Malherbe* estoit malade sans danger de mort, que *Charles* et *mon frère* avec *ma femme* et les autres se portoyent bien, je suis demeuré quasi accablé de tristesse et angoisse, sinon que, comme j'ay desjà dit, afin que je ne succombasse du tout, je me soustenois et confortois en la présence du Seigneur par prières et saintes méditations qu'il nous fournit en sa Parole.

Or je vous récite tout cecy afin que les remonstrances et admonitions desquelles je desire maintenant vous consoler, ne laissent d'estre de grand pois envers vous, pour ce que par aventure il vous pourroit sembler qu'il m'est bien aisé d'estre constant et

³ A la débandade.

⁵ C'est-à-dire, en même temps.

vaillant, quand il est question de l'affliction d'autrui. Et, de fait, je ne mets point icy en avant ma constance en l'affliction d'autrui; mais d'autant que Dieu par sa bonté singulière m'a fait ceste grâce de me délivrer en quelque partie ou alléger de l'affliction et douleur qui m'estoit commune avec vous, quasi en mesme degré, je délibère de vous communiquer, en tant qu'une lettre et brève lettre le peut porter, les remèdes que j'ay pris, et que j'ay appercen m'avoir beaucoup profité au milieu d'un tel ennuy. Combien qu'en cest endroit je sçay bien qu'il me faut tellement avoir esgard à la tristesse que pouvez sentir en tel cas, que cependant il me souviene que j'escri à un personnage grave, meur en prudence et doué d'une grande constance. Car je n'ignore point comment vous estes très bien fourni de toutes bonnes résolutions et aides propres pour porter patiemment quelque affliction et tenir tousjours une bonne modération. Mesmes je ne veux pas vous alléguer les consolations ordinaires qu'on amène costumièrement entre gens de sçavoir et d'apparence selon le monde⁶, asçavoir: que vous ne pleuriez point la mort de celuy que vous sçavez bien avoir esté engendré mortel; qu'en ce triste accident vous monstriez un courage vertueux et magnanimité telle que requiert vostre esprit excellent desjà en son naturel, et davantage poly par la congnoissance de beaucoup de bonnes sciences, comme aussi le porte vostre aage et grande expérience de plusieurs affaires, brief, la réputation en laquelle vous estes. Je me déporte, di-je, de vous faire ces remonstrances et autres de semblable sorte. Car il y a une consolation certaine et ferme, à laquelle il faut que vous avec vos semblables vous arrestiez entièrement: laquelle procède de ce sentiment intérieur de la vraye congnoissance de Dieu, dont je sçay qu'avez en abondance. Ainsi donc voyez en un mot ce qu'il vous faut faire: c'est de ramener vostre esprit aux considérations que nostre bon maistre nous chante et redit tant souvent en l'eschole de sa vraye religion. Or n'est-il point icy besoing que je vous en face une déduction, veu qu'elles vous sont toutes familières et cogneues comme à moy. Et toutesfois je croy que par aventure, suyvant la vraye crainte de Dieu qui est en vous et l'amour que vous me portez de vostre grâce, vous serez très con-

⁶ On peut comparer cette lettre avec celle qu'*Érasme* écrivit à *Antoine Suequet* dans une occasion toute pareille (*Erasmii de conscribendis Epistolis*. Amsterod. 1636, in-16, p. 265-281).

tent et prendrez bien à gré de revoir en mes lettres ce que vous-mesmes entendez assez, sans qu'on vous le remonstre.

Le Seigneur a retiré à soy le fils qu'il vous avoit donné et comme mis en garde entre vos mains. ley défailent et tombent tout à plat ces vaines complaints, mal dressées et déraisonnables, qu'on oit en la bouche des folles gens : O mort aveugle ! O inique destinée ! O désastre rigoureux, inévitable et obstiné ! O cruelle fortune ! Le Seigneur, qui l'avoit pour un temps estably pour séjourner en ceste vie, l'a maintenant rappellé. Quand nous oyons que c'est une chose que le Seigneur a faicte, pensons quant et quant que ce n'est point témérairement ny à l'avanture, ou par cas fortuit, ne de quelque cause survenante d'ailleurs, mais par son conseil, par lequel il n'ordonne et ne fait rien, sinon ce qu'il prévoit estre non-seulement droit et juste, mais aussi bon pour nous et nostre salut. Là où il y a droiture, justice, équité, il n'est pas licite d'aller à l'encontre ou de contredire. Mais quand avec l'équité nostre profit aussi est conjoint, luy tenant compagnie, quelle ingratitude seroit-ce de ne recevoir pas paisiblement et en douceur d'esprit tout ce qui est du bon plaisir de nostre Père ? Combien que la seule providence de Dieu d'elle-mesme fournit assés abondamment et en toute suffisance confort et allègement aux fidèles, quoy qu'il leur puisse advenir. Car il n'y a rien qui nous mette en plus grand desconfort et abbatte nos esprits que quand nous nous enveloppons en ces discours de complaints et demandes : Pourquoi en ceste sorte ? Que n'a ce esté d'une autre façon ? Pourquoi en ce lieu-là ? Tels propos se pourroyent dire et auroyent quelque lieu, s'il y avoit quelque faute de nostre costé, et avions défailli à nostre debvoir ; mais quand nous n'y avons rien mesfait, il n'est point question de telles complaints. C'est donc Dieu qui nous a redemandé le fils lequel il nous avoit baillé à nourrir, à la charge qu'il seroit tousjours sien. Et [il] l'a nommé retiré, parce que d'un costé c'estoit son profit de partir de ce monde ; d'autre part, il vous estoit bon que, vous estant osté, ce vous fust un moyen ou de vous humilier, ou de practiquer [ce] que c'est d'avoir patience. Maintenant si vous ne pouvez comprendre qu'ainsi il vous fust bon et profitable, le premier est de prier Dieu qu'il le vous monstre, et si mesme, en le vous cachant, il vous veut encore exercer et affliger plus avant, il luy faut faire cest honneur de croire qu'il est plus sage que ne peut porter la petitesse de nostre entendement.

Quant à *vostre fils*, si vous considérez en vous-mesmes combien il est plus que difficile, en ce temps corrompu, jusques au bout de bien conduire le cours entier de la vie, vous l'estimerez bienheureux qu'il en ait esté délivré de bonne heure, avant qu'il luy fallast passer par tant de dangers qui n'estoyent pas loing, et qui luy pouvoient survenir en l'aage où il entroit. Car c'est tout autant comme si, en une mer grandement esmeue de vents et tempestes dangereuses, il advenoit à quelqu'un d'estre retiré incontinent au port en seurté, avant que d'estre porté bien loing en la haute mer. Car vivre longtemps est tellement un don de Dieu, que ce n'est pas à dire que nous perdions rien quand, après l'espace de quelque peu d'années, nous sommes retirez et transportez en une meilleure vie. Au reste, d'autant que le Seigneur luy-mesme, qui est nostre père à tous, avoit voulu que *Louis* fust vostre fils, il vous a fait ceste grâce par sa libéralité infinie de voir, devant la mort d'iceluy, le tant beau fruit de la bonne nourriture qu'en aviez fait. Il vous a, di-je, fait ceste grâce, afin que sachiez que vous avez part en sa bénédiction, qui est : je seray ton Dieu et [celui] de ta semence. Il a dès sa première enfance, selon que l'aage le pouvoit porter, esté enseigné ès bonnes lettres. En icelles il avoit desjà si bien profité, qu'il nous donnoit occasion d'en avoir grande espérance à l'advenir. Ses mœurs et sa façon de faire estoit telle que toutes gens de bien y prenoient plaisir. S'il luy advenoit aucunesfois de faillir, non-seulement il souffroit d'estre admonesté et tancé, mais aussi se rendoit docile et obéissant aux remonstrances. Vray est qu'il y avoit quelquesfois en son naturel quelques traits d'un esprit véhément, mais non pas pour venir jusques à opiniâtreté. Ainsi ces secousses, qui passoyent un peu mesure, estoyent réprimées incontinent sans grande difficulté.

Or ce que nous devons estimer plus que tout, il estoit si bien abbreuvé de la première cognoissance de la vraye piété, qu'il entendoit ce qui concerne la droite religion, et avoit en son cœur empreinte une crainte de Dieu naïve. Il faut bien, pour vray, que ceste tant excellente grâce de Dieu envers nostre lignée ait plus de vertu pour adoucir l'amertume de la mort, que n'a pas la mort pour nous narrer de tristesse. Quant à de moy, si vos enfans n'eussent jamais prins le chemin pour venir icy où je suis, je ne sentirois maintenant rien de douleur que j'ay de la mort de maistre *Claude* et *Louis*. Toutesfois le dueil bien grand que j'ay de l'un et de l'autre ne scauroit jamais faire que je me puisse repentir du jour que,

nous estans adressez de la main de Dieu, plustost que guidez de leur propre mouvement, ils furent par moy receuz en amitié, qui non-seulement a persévéré jusques à la fin, mais aussi croissoit, augmentoit et se renforçoit de jour en jour. Ainsi donc de la sorte qu'ils ont esté, je me resjoui de ce qu'ils ont vescu avec moy. Et puis qu'il leur falloit mourir, adonc je me resjouis mesmes de ce qu'ils sont mortz chez moy, où ils ont rendu plus paisiblement et en repos leurs ames entre les mains de Dieu, que s'il leur fust advenu de mourir ès lieux où l'importunité de ceux qui debvroient servir de secours leur eust donné plus de fascherie et de mal que la mort mesme. *Or est-il qu'entre les saintes remonstrances et en la ferme inocation du nom de Dieu, ces âmes fidèles s'en sont allées de ce bas monde, ulaignes en la compagnie de Christ. Je ne voudrois pas mesme maintenant estre exempt de toute ceste tristesse, à la condition que jamais je ne les eusse cognus. Car j'espère que je tiendray jusques à la fin pour sainte, voire mesmes douce et agréable, la mémoire d'eux.*

Mais que me sert-il, direz-vous, que mon fils ayt esté un enfant de grande espérance, veu qu'il m'a esté enlevé en la première fleur de son aage? Voire comme si Christ par sa mort n'avoit pas bien mérité d'avoir la domination sur les vivans et sur les morts: que si nous sommes à luy (comme il faut que nous soyons), pourquoy n'aura-il puissance sur nous et à vie et à mort? Comment qu'il en soit donc, *qu'à vostre opinion ou à la mienne vostre fils aye vescu peu de temps, il nous doit suffire qu'il a accompli le cours que le Seigneur luy avoit déterminé. Pourtant ne pensons point qu'il soit deschen estant encore en fleur, veu qu'en la présence du Seigneur il estoit venu à estre meur.* Or je dis tous ceux-là estre venus à maturité lesquelz le Seigneur retire d'icy: si d'aventure nous ne voulons plaider contre luy, comme si à l'estourdie il emportoit quelcung avant le temps. Et c'est.....

(La copie s'arrête ici. Nous donnons la suite d'après la traduction latine de Théodore de Bèze, o. c., p. 282.)

Hoc quidem de omnibus verum est: sed in *Ludovico* certior alia est et magis propria ratio. *Eò enim ætatis progressus erat, ut veris documentis sese Christi membrum approbare posset. Hoc fructu edito extinctus est et nobis sublatus. Imò ex hac fluida et evanide citè umbra in veram immortalitatem receptus est. Neque te eum perdidisse existimes, quem in beata resurrectione in regno Dei recu-*

perabis. Sic enim vixerant, sic mortui sunt ambo, ut non dubitem apud Dominum esse: pergamus ergo ad hanc metam quam attigerunt. Non dubium quin illos et nos simul individua societate tunc colligaturns sit Christus, in illa incomparabili gloriæ suæ participatione. Cave igitur filium lugeas ut perditum, quem agnoscis conservari a Domino, ut perpetuò tuus maneat qui precariò tantum fuerat tibi ad momentum temporis commodatus. Nec parum solatii ex eo accedet, si bene expendas quid relictum tibi sit. Habes superstitem Carolum, de quo id iudicium habemus omnes, ut nemo sit nostrum qui non sibi talem filium cupiat. Ne putes hoc me dare tuis auribus, vel aliquid in tuam gratiam amplificare. Hoc nec mei ingenii, neque mei moris est. Simpliciter ergo dicam quod revera sentio, et quod apud extraneum quemlibet dicturus essem. Excelere adolescentem illum primò singulari pietate ac vero Dei timore, qui est sapientiæ nostræ summa: deinde humanitate ingenii, morum suavitate, rara modestia et continentia. Neque hoc illi ex rumore vel auditu tribuo. Semper enim intentus fui, ut ipsius ingenium perspectum haberem. Hoc enim discriminis inter duos fratres, quum ambo viverent, notavi. Ingenii celeritate præstabat Ludovicus, sed hic solida rerum intelligentia et iudicio longè antecedeat. Promptior ille ad proferendum quod legerat vel audierat. Hic tardior et verecundior. Paratior ille et expeditior, tum ad capessendas artes, tum ad omnes vitæ actiones. Hic consideratior et constantior: atque id etiam ferebat corporis constitutio. Siquidem Ludovicus, ut erat sanguineus, plus habebat hylaritatis et alacritatis. Carolus, qui in melancholia nonnihil communicat, tanta facilitate se non exerit. Modestiæ et comitatis hic semper plus habuit, quæ in eo etiam mirificè eluxit, quòd potuit sua tolerantia fratris ferociam domare. Hæc quoque in eo longè superiora: moderatio, gravitas penè virilis, et in tota vita quædam veluti æqualitas. Talis ergo filius quantum valere debeat ad elevandam orbitatis (qua te nunc Dominus afflixit) molestiam, tu ipse iudicabis, et ita iudicabis, ut ne in hac re sis Deo ingratus.

At difficile est, inquires, patrium amorem ita vel excutere, vel suppressere, ut nullum ex filii interitu dolorem capiam. Ego verò *id abs te non contendo, ne doleas. Neque enim hanc philosophiam discimus in schola Christi, ut eam quam nobis Deus indidit humanitatem exuendo, ex hominibus lapides flamus.* Hæc omnia eò duntaxat spectant, ut justissimo tuo mœrori modum et quasi temperamentum adhibeas: ut persolutis quæ naturæ et paternæ pietati

debentur lacrymis, tibi in lugendo minimè indulgeas. Neque tamen ideo me interpono, quò tuæ prudentiæ, constantiæ, animique celsitudini diffidam; sed tantùm ne meum tibi officium hîc deesset. Quanquam si literæ istæ supervacuæ erunt (quod mihi credibile est), pro tua tamen eximia humanitate, boni consules hanc meam sollicitudinem nimis fortè anxiam : sed ideo venia non indignam, quòd ab immodico meo erga te amore proficiscitur. Quinetiam *Philippum et Bucerum rogari, ut meis literis suas quoque adjungerent*⁷: quia hoc tibi non ingratum fore officium sperabam, si benevolentia erga te suæ testimonium aliquod tibi redderent. Vale. clarissime vir et mihi plurimùm in Domino observande. Christus Dominus te familiamque tuam conservet, ac spiritu suo semper vos omnes dirigat, donec perveniatis quò *Ludovicus et Claudius* præcesserunt!

960

LES PASTEURS DE ZURICH à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Zurich, 4 avril 1541.

Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calv. Opp.
Brunsvigæ, XI, 182.

Gratiam a Domino! Quas misisti, Farelle charissime, litteræ tuæ magnopere nos delectarunt, magna etiam animi voluptate illas perlegimus¹. *Intelligimus enim hisce, uos tibi adhuc hodie esse qui*

⁷ On ne possède pas la lettre de *Bucer* à M. de Richebourg. Celle de *Mélancthon* commence ainsi : « Nullum est humanius officium quàm alieno luctu adfici, vel consolatione vel societate doloris alienam mœstiam lenire. Quare etiam si tibi ignotus sum, tamen cum essem hîc apud *Calvinum*, et de morte filii tui *Iodoci* [i. *Lodovici*], quem sciebam fuisse adolescentem egregia indole,... ad te darentur literæ, meas quoque adjungendas esse putavi.... » Elle est datée : « mense Aprili, ex conventu Ratisbonensi, 1541 » (Mel. Epp. IV, 239-241).

¹ On n'a pas cette lettre, que Farel avait envoyée le 21 février aux Zuricois, par l'intermédiaire des ministres de Bienne (N° 945. rev. de n. 19).

olim eramus, junctissimos. Rogamus ut, quemadmodum tibi ex animo bene volumus, tuique amantissimi sumus, tu nos quoque in Domino semper redamare velis. *Quæ rogas multisque flagitis*, quia justa ac pia, nostrique officii esse judicamus, *summo studio, diligentia et fide exequemur. Nec soli etiam conficiemus, sed unâ cum Basiliensibus, ecclesie Argentinensis doctis, et Reipublice proceribus*², *ipsique Calvino scribemus, vires et nervos intendentes omnes, quò ecclesie Gebennensi suus restituatur pastor.* Tuum fratrumque omnium erit interim precibus agere apud Deum, ut quod ad suam gloriam ecclesiarumque salutem promovendam facere viderit, institutum et curatum velit.

Rogamus te plurimum, omnium charissime Farelle, ut quemadmodum hactenus, probè, piè et synceriter, ita semper agere velis omnia. Repudiatis Papæ dogmatibus et neotericis inventis, non aurem quidem, ne animum præbere dicamus [l. dicamur]. *Rumor est vagans, sed potens, litteras in agrum Neocomensem quendam attulisse*³, *flagitantes et contendentes, ne posthac ad sacram Synaxim quenquam admittatis, nisi prius de fide probè examinatum*⁴. Ista de te ambigentes non scribimus : majoris enim autoritatis, eruditionis et synceritatis nobis es, quàm ut ista de te suspicemur, ne dicam credamus. Sed quid hoc aliud, obsecramus, mi Farelle, si eò dementia veniremus omnes, ut ad sacram cœnæ actionem, nisi fide examinatus à nobis nemo admitteretur, quàm *confessioni auriculari* viam sternere et fundamentum ponere Papisticae ? quam tu unâ cum piis omnibus, non modò odio flagrasti, sed totis viribus, tanquam perniciosum rei Christianæ malum, impugnasti, Christique ecclesia rejecisti et repulisti. *Spectandum nobis, observande Farelle, ne papisticè agere incipiamus, qui hactenus piè, sanctè et apostolicè transegimus omnia*⁵. Scribimus ista, quemadmodum supra dictum, non autumantes aut suspicantes de te, sed quòd officii esse

² Cette épître des pasteurs de Zurich à ceux de Strasbourg est datée du 4 avril et imprimée dans les *Calvini Opera*, XI, 184-185. Comme elle est en grande partie (mutatis mutandis) la répétition du N° 961, nous nous dispensons de la reproduire.

³ Lorsque *Farel* partit de *Worms*, à la fin de décembre 1540, pour retourner à Neuchâtel, il emporta la lettre de Mélanchthon adressée aux Neuchâtelois (VI, 418-422).

⁴ *Calvin* lui-même avait institué, en mai 1540, l'examen des communiants (VI, 200, 223).

⁵ Voyez la réponse de Farel du 30 avril.

judicavimus, ut fratres susurronis et rumoris illius admoneremus : rogantes ut boni omnia consulas, nosque commendatos habeas : et si quid in nobis desideras, liberè semper admoneas. Non solùm lubentes parebimus, sed admonitori tibi gratias agemus fidei. Bene vale, salvis omnibus *Neocomensibus fratribus*. Tiguri. Aprilis 4. Anno 41.

PASTORES ET DOCTORES MINISTRI ECCLESIE TIGURINE,
tui ex animo.

(*Inscriptio :*) Clarissimæ et spectatissimæ fidei viro D. Guilhelmo Pharello, ecclesiastæ Neocomensi, fratri in Domino venerando et dilecto.

961

LES PASTEURS DE ZURICH à Jean Calvin, à Ratisbonne.

De Zurich, 4 avril 1541.

Calvini Epistolæ et Responsa, 1576, p. 417.

DOCTORES AC PASTORES ECCLESIE TIGURINE Calvinò fratri
in Christo observando.

Quamquam nobis semper jucundissimum fuerit scribere ad te, vir clarissime fraterque in Christo venerande, hoc tamen tempore non jucundum modò, sed maximè necessarium esse judicavimus, nisi gloriæ Dei, Ecclesiarum Christi officiique nostri desertores dici et haberi velimus. *Scribimus enim ad eum quem nobis et Christi amor et summa virtus arctissimo amicitie vinculo conjunxit, apud quem non dubitamus vos omnia et posse et impetrare.* Nec opus est ut longa præfatione attentionem et benevolentiam nobis conciliemus apud te, quum nobis benevolentia tua erga nos jam dudum perspectissima sit, unde et arbitramur te nostris in literis plus simplicitatem et candorem, quàm ornatum aut splendorem perpensurum esse.

Quantùm Satanæ astus et hypocritarum artes possint, non est ut recenseamus, quum in te uno exemplum evidens proditum est, qui improbis illorum machinationibus et conspirationibus ante

annos aliquot *ex urbe et ecclesia Gebennensi ejectus, ad Argentoratenses venisti, qui te exulem et patria expulsam summo cum honore exceperunt*. Receptis per gratiam Domini oculis, fidem et diligentiam tuam, quam prius expendere non potuerant, ac qui veri, qui falsi Prophetæ coeperunt agnoscere, adeo ut, ejectis aliis, te unum summis omnium votis per honestissimam legationem (ut audimus) repetierint, eoque innocentiae et fidei tuae testimonium egregium tulerint. Quae res nobis et omnibus piis (ut par est) non parum gaudii attulit. *Nec dubitamus te quoque singulari quodam gaudio affectum hujusmodi nuntio, utcumque factum sit ut hactenus reditum ad Gebennates tuos distuleris. Quare te nostris literis quae apud te plurimum (nisi fallamur) valere existimamus, inhortari volumus, ne vocationem hanc Dei negligas ac contempnas*. Non sumus ignari quas remoras objectare caro soleat, ut te à proposito deterreat : Ejecerunt absque causa, indigni quos revisam, inconstantes ac futiles, et hujus generis innumera. Ad has verò voces seu blandas, seu vanas, aures obturare militem Christi convenit. Audienda potiùs vocatio Domini, eique ilico obtemperandum. Vocationem Domini esse hanc, nihil est ut probemus, quum conscientia tua hujus rei testis tibi sit, ut id nobiscum fateri quoque cogaris; quàm viro [l. verò] inhonestum sit Domino reluctari, quantoque cum periculo conjunctum, historia et exemplum Jonæ satis indicat. Jam ut *Argentorati* hæreas, non sunt tam graves causæ, quum te abeunte *ecclesia Argentinensis* nihil jacturæ faciat, quæ tot tantosque viros doctos et præstantes habeat ut vix alia : *ecclesia* verò *Gebennensis* præter unum *Viretum* habeat neminem : cujus humeris totum onus idque gravissimum incumbit, quod tantisper sustinet donec ad oves suas revocetur, ut interim taceam quanto cum periculo *ecclesie Lausannensi* desit suus pastor. Fuit et aliquando celebris ecclesia Antiochiæ (ut Actorum Apostolorum caput decimum tertium testatur), in qua Prophetæ et Doctores plurimi erant, utiles nimirum et necessarii tum ecclesie Antiochenæ. At cum Dominus aliò vocabat, non repugnabant vocationi divinæ neque Apostoli neque ecclesia, quin dimitterent Paulum et Barnabam in opus, ad quod segregaverat eos Spiritus sanctus. Age nunc, Antiochia quædam *Argentina* est, in qua doctores et prophetæ, interque hos *Calvinus*, qui propter eximiam eruditionem singulariaque dona a Deo concessa ecclesie eidem utilis est et necessarius. Cæterum Dominus aliò vocat : cui vocationi, nostro judicio, non tam *Calvinus* quàm *ecclesia Argentina* obtemperare debet, adeo ut non modò non retineat

Calvinum, sed cunctantem et renitentem emittat ac abmandet. Accedit iis evidens doctrina Christi et exemplum. Quanta enim sollicitudine, quanto labore ille aeternus Pastor ovem perditam quærere et servare docuerit, Lucæ caput quindecimum luculenter explicat: quin ipse nonaginta novem in deserto relictis erraticam illam ac perditam insequutus est, inventam molliter in humeros sublatam ad ovile reportat. Quid faceret si oves sua sponte pastorem requirerent, qui fugientem tanto studio insequitur? Ultrò offert Christus suam gratiam indignis, nolentibus, repudiantibus: at omnis Christi actio exemplo nobis esse debet. Exemplum, inquit, vobis dedi, ut quemadmodum feci, et vos faciatis. Quæ nunc mente? quo spiritu? quæve conscientia tibi occurrentes, te unice petentes desereres et fugies? Paulus quas verbo Dei genuit ac instituit ecclesias sæpius invisit, et ut in officio perstarent, multum literis est inhortatus. Tua opera tuoque ministerio *Gebennatum ecclesia* in Christo renata est: ergone liberos post parentem suum ejulantes ac clamantes negligere ac contemnere potes? Patierisne ut tot oviculæ prædæ pateant, pro quibus sanguinem fudit Christus? Ne viles tibi sint quas tanto precio Christus redemit. Quòd prædæ pateant quid opus est probare, quum *Sadoletus*, ille dicendi artifex, mira ratione et quasi per cuniculos nuper in *ecclesiam Gebenneusium* irrepere tentarit? Nec absistet qui semel spe prædæ illectus cœpit, sed hoc acriorem intentionemque impressionem in gregem Christi inermem et pastoris præsidio destitutum faciet. Neque verò difficile videatur quod Deus agere jubet, ne pigeat sequi vocantem Dominum: dabit virtutem, sapientiam, patientiam qui potens est. Mentiri nescit, ut facilè vincas ea incommoda quæ obstare iudicio carnis videntur. Nunquam defuit Dominus invocantibus se in veritate. Quum tot ecclesiæ te orent, vel hujus solius rei causa confidentiùs agas. Porrò de utilitate non est quòd multa dicamus. Eruis oves plurimas è luporum faucibus, coronam immarcessibilem tibi apud Deum contexis. *Nosti Gebennam in confiniis esse Gallie, Italie, Germanie, ut magna spes sit isthinc Evangelium latius in conterminas urbes disseminandi, et poveria regni Christi ampliandi.* Nosti Apostolum sibi delegisse metropoles, in quibus prædicarit verbum Evangelii, ex quibus facilè in alias urbes finitimas dimanaret. Quantum verò regno Christi ex hac urbe adjicere queas ipse meliùs nosti, non prædicando solùm, sed et scribendo. Hæc sunt, mi Calvinè, quæ nos movent ut te rogemus, obsecremus, obtestemur, ne vocationem

hanc, quam a Domino esse non dubitamus, non rejicias, sed incunctanter et absque mora sequaris. Nec dubia est apud nos fides tua et voluntas, sed currentem ultro, ut ocius fiat, calcaribus quibusdam impellimus. Jam preces et supplicationes nostras apud te aliquid posse speramus. *Scis quàm te amemus, quid tui causa et in gratiam tuam faceremus; scis quàm te suspiciamus et colamus, et propter dona illa egregia tibi a Domino collata revereamur.* Tui autem illi, tuique nominis studiosissimi, et ecclesiarum ac veritatis amicissimi, te fratrem et amicum nostrum oramus ac per Christum obtestamur, quos contemnere, quibus refragari turpe fuerit. Speramus enim et nos non omni parte spiritu Dei vacuos et ex carne tantùm consulere. Tu vale, frater in Domino semper observande, et pro nobis precare Deum. Ex Tiguro, 4. Aprilis 1541.

962

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Montbéliard, 4 avril (1541).

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. Præcipua causa quare ad vos mense Aprili¹ profectus sum erat, quòd *Michaël*² *Foreti* causam, quam antea primus omnium improbaverat, defendendam suscipiens, palàm rejecisset *constitutionem nostram, de erratis quæ ferri non possunt, apud fratres amicè indicandis*³, nec ullis tum Scripturis à fratribus adductis, aut monitis, acquiescere voluisset. Nec tamen ignoras quàm parùm apud vos ea de re sim conquestus, sperans fore, ut qui nos audire voluisset [i. noluisse?], sed superbè et arroganter rejecisset et contempsisset, vos saltem audiret. Cæterùm *cum absum, ille tumul-*

¹ Par inadvertance, au lieu de *mense Martio*.

²⁻³ A l'exemple de *Pierre Foret, Michel Dobt*, pasteur à Exincourt, niait la légitimité des *censures* prononcées dans les synodes. Instituées en 1531 par *Farel*, sous le nom de *correction fraternelle* (IV, 307, n. 7), elles avaient pris place, avant l'année 1541, dans les règlements ecclésiastiques du comté de Montbéliard (Voy. la lettre de Toussain du 2 juillet).

tuatur, cursitat, fratres sollicitat, jubetque ut verba Christi diligentius perpendant, et omnem breviter movet lapidem, quò fratres saltem aliquot in suam trahat factionem. Quæ etsi me domum reversum non parùm afflixerunt, devoro tamen ea et concoquo, omnino mihi persuadens, ut literis vestris auditis animum mutaret, vestraeque acquiesceret sententiæ, quemadmodum eidem cæteri fratres omnes libenter et ex animo subscripserunt. Sed ille, ut ex aliis scriptis nostris meliùs intelliges, et vestra et nostra sententia spreta, perstitit in pertinacia. Quo quanquam declarabat se nobis intolerabilem, tulimus tamen, et hominem (ut videbis) quibus potui modis studui et Christo et nobis lucrifacere, illum etiam per Dominum, ac tantùm non lacrymans, orans, ne nos Foreti illius nomine turbare pergeret. Cumque se multis modis indignum declarasset fratrum sodalitate, eum tamen in fratrem recipientes, Saerarumque Literarum tractationem, eum solùm tantisper à nostris colloquiis abesse jubemus, dum vel *Blamontani*⁴ causam tractemus, vel fratribus aliàs commodum visum fuisset. Qui si ea ipsa hora humilitatis et animi mutati significationem ullam nobis præbuisset, testis est Dominus Deus quòd adeò non rejecissemus hominem, ut eum lacrymis etiam præ gaudio recepissemus, omniaque libenter et ex animo illi condonassemus. Cæterùm, cum fratres amicè amiceam illam et fraternam correctionem illi pronunciarent, toto corporis habitu nihil aliud quàm fastum et arrogantiæ præ se ferens, non verbum unum fratribus respondit; sed nobis omnibus contemptis ac relictis se totum Foreto adjunxit, adeò ut illius literas, plenas mendaciis et convitiis adversus fratres Principis nostri Præfecto attulerit, in quibus ille eum nobilem, non magno loco natum, vocat « suum Principem, »—ut quod apud fratres efficere non potuerunt, id apud Principis consiliarios tentent. Sed malos malè perdet Dominus. Hi, si qui vel jubemus, vel consulimus, vel oramus, faciunt semper diversum ac contrarium, ut nos et ecclesiam hanc de industria turbare videantur. Cæterùm, quoniam cæteris nobis omnibus (gratia Christo) est cor unum et anima una, et illi coràm Deo et bonis omnibus causam iniquissimam habent, non dubitamus quin Dominus illorum consilia sit dissipaturus. Nec nobis in causa Foreti multùm laborandum fuisset, si Michaël talem se præbuisset qualem debebat. nec se, fratribus relictis, homini antea suo etiam testimonio improbato, se adjunxisset. Hanc gratiam huic ecclesia

⁴ Le ministre de Blamont (VI. 212, n. 2), c'est-à-dire Pierre Foret.

et fratribus rependit pro beneficiis, amore ac benevolentia quibus eum omnes sumus semper prosequuti, ut genitorem (teste Deo) majoribus non potuissemus.

Nos hinc in dies *Principem nostrum*⁵ expectamus, et obsecramus vos per Dominum Jesum ut cum hoc fratre⁶ pium aliquem ac pacis studiosum Verbi Ministrum mittatis. Quod si feceritis salva sunt nostra omnia. Hæc et cætera scripta quæ ad te mitto⁷, relegere non possum per occupationes. Boni consuletis omnia. Satis nobis fuerit si ex his intellexeritis veritatem eorum quæ illic explicamus: de quibus semper parati erimus coram Domino vobis et bonis omnibus reddere rationem. Vale et nos fratrum precibus erga Dominum commenda. Monbelgardi, 4 Aprilis (1541⁸).

Tuus TOSSANUS.

*Gaspar*⁹, puto, brevi ad vos proficiscetur, cujus animam veremur ne *illi* nonnihil labefactarint¹⁰.

(*Inscriptio:*) Observando fratri meo Farello.

963

LES VAUDOIS DE MÉRINDOL au Parlement d'Aix.

De Mérindol, 6 avril 1541.

J. Crespin. Hist. des Martyrs¹. Genève, 1582, f. 137a-138b.

Dans son plaidoyer de 1551², Jacques Aubéry, avocat général du roi Henri II, analyse en ces termes la requête des habitants de Mérindol :

« Les Lettres d'indulgence et d'abolition du Roy [du 8 février] sont publiées par ordonnance de la Cour, en Mars 1541, par tous

⁵ Le comte *Georges de Wurtemberg*, gouverneur du comté de Montbéliard pour son frère, le duc *Ulric*.

⁶ Le porteur de la présente lettre.

⁷ A notre connaissance, ces *écrits* n'ont pas été conservés.

⁸ Le millésime est fixé par la mention des troubles dont *Foret* était l'auteur.

⁹ *Gaspard Carmel*, principal de l'École de Montbéliard, depuis un an (VI, 204).

¹⁰ Voyez la lettre de Toussain du 18 juin.

¹ Voyez les pp. 396-400 de la nouvelle édition de Crespin, qui s'im-

les lieux où l'on soupçonnoit demeurer gens dévoyez de la foy, tant en l'évesché de Cavaillon, d'Apt, de Cisteron, que d'Aix, qui sont trente villages, dont Mérindol est l'un. *Ceux de Mérindol* n'attendent pas cette publication; ains dès le mois d'Avril, advertis que les dites Lettres estoient desjà receues par la Cour, y envoyèrent une Requête, en laquelle sont nommez supplians *André Maynard, Martin Maynard, Pierre Rei*³, et généralement tous les habitans de Mérindol, tant hommes que femmes, filles et petits enfans (c'est le titre de leur Requête) en laquelle ils s'excusent des témoignages et fausses accusations qu'ils disent avoir esté faites contre eux; disent qu'ils ne sont hérétiques ne séditieux, ne tiennent les doctrines de *Valdo* ny de *Luther*, sont humbles et obéissans sujets du Roy, prests à obéir à la Cour; mais ont esté plusieurs fois épouvantez des tourmens, pilleries et exactions qu'on leur a faites, dont ils ont enduré infinis maux, — entre autres par un *Inquisiteur de la foy en Provence*, nommé *Frère Jean de Roma*⁴, qui menoit avec luy gens de force comme un Capitaine, alloit par les dites maisons et villages, rompant huis et coffres, emportant or, argent et meubles, confisquoit, condamnoit en des amendes, faisoit compositions secrettes, tant par luy que par gens interposez, tant qu'il en a appauvry grande multitude. Portoit avec luy des hotines pleines de graisse qu'il chaussoit aux pauvres gens, puis mettoit le feu dessous et leur faisoit brusler les pieds, cependant les frappoit et les tiroit par les cheveux, s'ils ne disoient ce qu'il vouloit: bref, il estoit Inquisiteur, accusateur, Juge et partie, tant qu'il en a fait mourir plusieurs, qu'il a mutilé des autres, et mis des autres à pauvreté. Ce qui fut finalement connu par un commissaire envoyé par le Roy, dont le dit *Roma* fut démis de son office, toutes ses procédures annullées, et mourut en prison misérablement en *Avignon*.

prime actuellement à Toulouse, sous la direction de M. le pasteur D. Benoit. — Louis Frossard. *Les Vaudois de Provence*. Avignon, 1848, p. 101-114, où le texte de la requête est incomplet d'un morceau, et l'orthographe modernisée.

² Aux pp. 45-47 de l'ouvrage intitulé: *Hist. de l'exécution de Cabrières...* et d'autres lieux de Provence. Paris, 1645.

³ Dans le texte de Crespin, *Peyron Roy*.

⁴ Voyez t. I, p. 179, 483; III, 328, 330. Un Frère (dominicain?) nommé *Jean de Rome* officiait, vers 1524, dans l'église des Dominicains d'Estavayer (Voy. le *Mémorial de Fribourg*, publié par M. l'abbé J. Gremaud, t. II, p. 188).

Qu'à son exemple, les officiers et fermiers des Évesques les ont tourmentez par condamnations, exactions d'amendes et prises de leurs biens sous couleur de la foy. Que le Roy a mis la connoissance des hérésies en la main de la Cour de Parlement, dont ils sont très aises. Que si la Cour eust envoyé des commissaires, comme ils demandoient, elle eust trouvé qu'ils sont bons Chrestiens, et que les tesmoins qui ont déposé contre eux sont méchans et faussaires. S'excusent instamment de la rebellion qu'on leur impose, disant qu'ils n'eurent jamais et n'ont intention de faire rebellion à Justice ny aux Ministres d'icelle; mais n'ont ozé comparoir, parce qu'ils ont veu que ceux qui ont comparu ont esté les uns bruslez, les autres marquez d'une fleur de lys, les autres bannis et confisquezz, sans qu'il soit rien demeuré de leurs biens à leurs femmes et enfans. Dont *s'estans épouvantez, se sont retirez dans les cavernes en la montagne*⁵, [ce] qui n'est rebellion, mais fuite, comme naturellement fait chacune beste devant celui qui la veut destruire; et mesmes quand ils ont veu que l'on y venoit avec des gensdarmes, le Prévost, un bourreau et des cordes. Quand les Ministres envoyez par la Cour sont venus, ils leur ont laissé prendre leurs bleds, vins, mesnage et bestail sans résistance. Quant à ceux qui ont recouru quelque bestail, ce ne sont eux, et n'estoit le bestail à eux. Quant à ceux qui ont eximé quelques prisonniers, ils s'en excusent pareillement, disans qu'ils ne l'ont point fait, mais les pères de quelques jeunes filles que l'on emmenoit sous ombre de la prison, et que ceux qui firent la dite recousse des filles, s'en allèrent incontinent se rendre prisonniers: ce qui monstre bien qu'il n'y avoit point de sédition.

Au surplus, ils font profession d'estre très loyaux sujets du Roy et obéissans à la Cour⁶. »

⁵ A comparer avec la lettre de Farel et de Viret du 4 août 1535 aux Évangéliques de la Suisse et de l'Allemagne (III, 330, 2^{me} paragraphe).

⁶ « Tout cela est très bon (ajoute Jacques Aubéry), mais le mal est qu'ils baillent, avec les dites remonstrances, *les articles de leur créance*, par lesquelles ils veulent théologiser, et découvrent trois de leurs erreurs, etc. Ils sont trop théologiens pour paysans de village, et si nous croyons que les trois nommez en ceste Requeste n'ont fait ny dressé les dits articles, ains quelqu'un de leurs Barbes. » Cette confession de foi est réimprimée dans l'Hist. eccl. de Th. de Bèze, I, 39-41, et dans le Bulletin de la Soc. d'Hist. du Protestantisme français, VIII, 507-510, avec la date de 1541.

964

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Montbéliard, 14 avril (1541.)

Autographe. Inédite en grande partie. Bibl. des pasteurs
de Neuchâtel.

S. Ego, ut jusseras, diligenter sum Grynæum adhortatus, ut in hoc summam naret operam, quò charissimus frater noster Calvinus primo quoque tempore Genevam remittatur. Qua de re certum est Tigurinos et Basilienses non semel Argentinensibus studiosissimè scripsisse, seduloque posthac scripturos, ut bona sit spes brevi fore, quo bonus ille frater suis ovibus restituatur: nisi fortè obstinatè repugnent qui ad hanc rem maximè primique omnium incumbere deberent¹. De rebus nostris, qui Principi nostro sunt à consiliis vehementer admirati sunt, quòd neminem mecum adduxissem². Nam Erasmus³ multa excusat, et detrectat quantum potest oblatam provinciã, tumetsi sponderit se per nos intra dies paucos iter facturum ad fratrem⁴. Hunc si nancisci non poterimus et retinere, per eundem vel per nuntium proprium advocabimus Arquerium⁵, quem ego nostris hominibus promisi vos, si opus sit, bona fide missuros. Et te simul et Barbarinum obsecro per D. Jesum. ut quamprimùm fieri poterit, piam aliquem Verbi ministrum ad nos mittatis. Alioqui habebo necesse vos brevi revisere: quod ut, ob

¹ Ici se termine le paragraphe qui est imprimé dans les *Calvini Opera*, XI, 205. Les éditeurs y ont seulement ajouté la date du 24 avril et la salutation finale.

² Allusion à un voyage qu'il avait fait à Neuchâtel après le 4 avril. Voyez la note 6.

³ Érasme Corneille ou Cornier, principal du Collège de Lausanne, où il aurait donné récemment sa démission (VI, 203, 341).

⁴ Ce frère d'Érasme était vraisemblablement Jean Corneille, qui lui succéda en qualité de principal à Lausanne, au commencement du mois de mai 1541.

⁵ Jean V'Archer, natif de Bordeaux (VI, 285).

erit. Verùm illud sentietis, vestras literas et auctoritatem plurimum adjumenti attulisse. *Johan. Bock* ⁴ pariter incumbet nobiscum ut *Geuecatibus* obsecudemus, vel *vestri causa*, quamvis aegrè est tantum hominem à nobis dimittere. *Seues* sumus ⁵, exhausti laboribus, et parvam admodum spem de iis videmus qui post nos hoc sarrum volvere deberent; et tamen publicam ecclesiarum salutem huic nostra private ut anteferamus necesse est, id quod monetis prudenter ac piè. Rogo igitur, symmystis tuis, fratribus ac majoribus meis in Domino colendis, excuses, quòd pro voluntate nostrorum non honorificè respondi: nam tempore excludor, et majus est amicitiae vinculum inter nos quàm quòd literario firmamento sit continendum. Quòd si *causa religionis* ex arctiore colloquio in publicum certamen venerit, rogo atque obtestor vos ne dubitetis vocati accurere, tanquam ad commune incendium restinguendum. *Melauchthon* id literis graviter scriptis efflagitabit. At fieri potest, quod propemodum auguror, *adversarios nunquam commissuros, ut causam religionis sinant publicè disceptari*. Ex *Basiliensibus* omnia scietis, quibus etiam minutiora exponemus. Nam credunt plerique fore ultimum actum hujus tragœdiæ. Idcirco accuratiùs invigilandum. D. *Bibliaudrum*, *Pellicanum*, *Erasmus*, *Megandrum* et optimum quemque ex me salvere jubeas. Vale. Argentorati, 20 Aprilis, anno 1541.

WOLFG. CAPITO.

(*Inscriptio*.) Eximio viro Domino Henrico Bullingero, pastori ecclesiae Tigurinae, amico et majori suo in Domino observando.

966

JACQUES BÉDROT à Henri Bullinger, à Zurich.

(De Strasbourg), 20 avril (1541).

Inédite. Autographe. Archives de Zurich.

†

S. D. Quæ *Ratisbonæ* agantur, ex *Buceri* literis quas ad nos 14

⁴ *Hans Bock von Gerssheim*. C'est lui qui signa, en qualité de Stettmeister, la lettre du Conseil de Strasbourg du 19 avril 1541 aux ministres

April. dedit¹, cognosces. Orandus est sedulò nobis Dominus, ut Ecclesiae suae adsit. Vestras, quibus *Calvinum* reddi *ecclesiae Genevensi* petitis, legimus. Verùm ipsi, qui hic sumus id temporis, parum juvare consilia et *Genevensium* et vestra possumus. Abest *noster Calvinus*, absunt et alii, ut nosti, mi Bullingere, quibuscum de hac re præcipuè erat agendum. *Finitis Comitibus spero habituros Calvinum, vel ad tempus, hoc est, donec restituat atque adeò instituat ecclesiam.* Nunc, ut mihi quidem videtur, id fieri non potest. *Pauci enim docti sunt Ratisbonæ, et inter illos paucos non postremas tenet Calvinus. Philippus denique hujus ingenio delectatur magnopere, ut quo possint uti Protestantes inter triarios*², adversus Phalangem insidiosissimam, quæ duce Antichristo Romano extrema contra nos tentat. Tu cum reliquis fratribus Deum ora, quod facis, pro Ecclesia.

*Pestis hic cæperat nobis minari ante mensem satis inclementer, Scholæ nostræ imprimis, sublati duobus professoribus et quatuor studiosis*³; verùm ea tota jam desiit molesta esse⁴. *Sturmium*⁵ misimus *Ratisbonam*, ne singulari isti ingenio aliquid sinistri accideret. Sed spero intra 14 dies rediturum. Plura non vacat adjicere. Valebis itaque in Domino cum *Pellicano, Leone, Erasmo*⁶ et aliis. Dic *Leoni, Bernardum Besserer* Consulem Ulmensem molestè ferre silentium illius. Id ut ad *Leonem* scribam jussit *Frechtus*⁷. 20 Aprilis (1541).

BEDROTUS TUUS.

(*Inscriptio* :) Dn. Henrycho Bullingero, pastori ecclesiae Tigurinae primario, suo in Christo venerando.

zuricois. Barchusen, o. c., p. 49, l'a publiée avec une orthographe rajeunie. Elle est aussi dans les *Calv. Opp.* XI, 197.

⁵ *Capiton* était âgé d'environ soixante-quatre ans; *Bucer*, de cinquante-deux.

¹ Imprimée, *Calv. Opp.* XI, 195. Elle donne les nouvelles de la Diète.

² Cette appréciation de *Mélancthon* doit être notée. Il ne faisait pas un petit honneur à *Calvin*, en le jugeant capable de porter la parole, à la Diète, dans les grands moments.

³ M. Ch. Schmidt, o. c. 76, mentionne, au nombre des victimes de la peste, les deux professeurs *Bittelborn* et *Claudius Fœræus*, et, parmi les étudiants, le fils de Zwingli, celui d'Ecolampade et celui de Hédion. *Bédrot* lui-même fut emporté par l'épidémie, les premiers jours de novembre.

⁴ Illusion de courte durée.

⁵ Il s'agit ici de *Jean Sturm*.

⁶ *Conrad Pellican, Léon Jude, Érasme Fabricius*.

⁷ *Martin Frecht*, pasteur à Ulm.

967

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Ratisbonne, 24 avril (1541).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. *Calvini Opera*.
Brunsviga, XI, 202.

Literæ meæ postremæ¹ satis clarè tibi ostendent quàm afflicto animo tunc fuerim. Proinde si quid stomachi habebunt, ignosces incredibili meo dolori, qui me tunc fecerat solito morosiozem. *Nunc verò utenque me paulatim recolligam, nihil tamen amplius quàm modicum levationem sentio. Quinetiam, quod fateri pudet, adeò lugere jurat, ut id ipsum quodam modo suare sit non prorsùs à luctu liberari.* Interea literas a *Taleuri*² accepi, *Argentina* datas, quibus significabat nuncium abs te in itinere esse, qui me de vestro statu certiores facturum esset. Sed cum tam diu moratus sit, expectare desino. Si quid habes quod scribas, ut certè multa esse puto, literæ compendio ad me perferentur, si *Mirabilis*³ eas ad *regium legatum*⁴ miserit cum inscriptione : *ad Ulrichum*⁵. Satis enim frequentes istinc nuncii ad nos commeant. *Cupio autem exponas nobis fideliter et dilucidè, quò illa controversia inter duas urbes evaserit*⁶, *quo sint animo Generates nostri, quo modo se ecclesia illa sustineat, quid*

¹ Lettre du 29 mars (N° 957).

² *Guillaume du Taillis*, gentilhomme français (Indices des t. V, VI).

³ *Jehan Mercilleux* (en allemand *Hanns Wunderlich*) appartenait à une famille originaire du Brisgau, qui s'était établie à Neuchâtel vers 1500. Il était interprète de l'ambassade française en Suisse. « Bonne tête, homme intègre autant que sagace, » dit, en parlant de lui, le chancelier de Montmollin (*Mémoires*, 1831, I, 90, 106). La comtesse de Neuchâtel l'avait anobli le 4 septembre 1529 (*Boyve. Annales*, II, 196, 296).

⁴ *Louis Dangerant*, seigneur de Boisrigaud, ambassadeur de François I en Suisse, résidait à *Soleure*. Il ne s'agit pas ici de *Maurus Musæus*, comme le supposent les éditeurs de Calvin, p. 202, n. 3).

⁵ *Ulric Chelius*, ancien médecin de la ville de *Soleure* (Indices des t. III, V, VI).

⁶ Le procès entre *Berne* et *Genève* était toujours pendant.

agat *Viretus*, que spes, que studia sint omnium, modò ne iucalescas. Nam et ego jam plus nimio sum consteruatus, et hoc tua cehementia proficis, ut minus tibi fidei habeant quos oportuerat permoveri. Nec est quòd de ipsis mireris, cum ne apud me quidem hanc opinionem effugias, te aliquid humanum hic pati. Omnino tamen consulo ut iterum urgeas, et graviter obtesteris ne obliviscantur quid promiserint. Mihi placeret in reditu⁷, ut superioribus literis indicavi. Neque difficile est conficere, si tu modò adjuves.

In his Comitibus nihil dum inchoatum est memorabile⁸. *Cæsari* permissum erat ut paucos homines pios et graves deligeret, qui examinatis et bene perpensis controversiis de ineunda concordia deliberarent, et quæ inter se statuissent postea referrent ad Ordines. Vicesimo die mensis hujus, nominavit ab adversariis *Jullium Phlux*, *Johannem Cropperum Coloniensem*⁹ et *Joannem Eccium*; à nobis, *Philippum Melanthonem*, *Martinum Bucerum* et *Joannem Pistorium*¹⁰. Principem quoque se designaturum edixit, qui actioni præesset. *Nostri* habita deliberatione rogatu nostro postularunt ut plures testes adhibeantur. Nondum scitur quid sint impetraturi, nisi quòd spes est facta id curæ fore *Cæsari*. Interim vocati sunt illi sex delecti¹¹. Comiter omnes excepti a *Cæsare*, manus illis primo congressu et cum valedicerent porrecta. *Cæsur* per interpretem sancta admodum exhortatione usus est: cum eorum pietate, doctrina, integritate confisus tantas eis partes mandasset, expectationi suæ respondere vellent. Itaque ut gloriam Dei, pacem publicam, gentium omnium salutem præ oculis haberent, ne quid ambitioni, ne quid pertinaciæ, ne quid hominum gratiæ darent. Res-

⁷ C'est-à-dire, partir pour Genève, à mon retour de Batisbonne.

⁸ En conséquence, nous avons omis maint détail sur les débuts de la Diète.

⁹ Plus loin (renvois de note 12-13), il apprécie ces deux personnages.

¹⁰ *Jean Pistorius* (en allemand *Becker*) surnommé *Niddanus*, parce qu'il était prédicateur à *Nidda*, ville de la Hesse. Il possédait toute la confiance du landgrave Philippe, qui l'avait déjà député en 1540 à Haguenau et à Worms. Le chancelier Burckhard écrivait à l'électeur de Saxe, le 13 mai 1541: « *Pistorius* est un tout petit homme, sincère et ferme. Il s'est très bien conduit jusqu'à présent, tandis que *Bucer* s'égaré quelque peu et chancelle parfois » (Mel. Epp. IV, 289. — Seckendorf, III, 360. — Herzog. Encyklopädie, 2^me éd. XI, 701).

¹¹ Ce fut le 21 avril, dans l'après-midi, que les six théologiens furent appelés devant l'Empereur. Voyez la lettre de *Bucer* du 22 avril à l'église de Strasbourg (Calvini Ep. et Resp. 1575, p. 23).

ponsum est utrinque separatim. Ergo, quod Deus bene vertat! *propediem aliquid inchoabitur.*

Porrò si divinare licet quid futurum multi suspicentur, paucis uccipe. Primum autem hominum ingenia nosse operæ precium est. *Julius ille* homo est facundus et expolitus humanis disciplinis¹²; sed in theologia minimè exercitatus, deinde ambitiosus et auræ captator; alioqui homo non impura vitæ. Cum ergo nec rectam intelligentiam habeat, neque animo satis sit firmo, dum ambitione sua impeditur, cogita quantum sit ab eo expectandum. *Cropperus* aliquanto ultra processit. Verùm ipse quoque ex eo est hominum genere qui dimidium nescio quid fingere moliantur inter Christum et mundam¹³. Talis est tamen ut cum eo non sine fructu agi possit. *Eccium* nosti¹⁴; nemini dubium est quin Davus ille sua importunitate sit omnia turbaturus. *Ego quidem non audeo desperare, sed facere nequeo quin subinde Wormaciæ recorder*¹⁵. *Certè si quid præclari fiet, erit præter spem meam.* Ubi primum factum fuerit initium, certius aliquid audies.

Bene vale, optime et integerrime frater. Dominus te diu ecclesiæ suæ conservet ac confirmet unâ cum omnibus sanctis fratribus nostris, quos omnes mihi diligenter salutabis. Non possum omnes enumerare: tu nominatos puta. *Viretum* crebris exhortationibus sustinebis, ne animum dejiciat. Quanquam plurimum fui exhilara-

¹² *Julius Pflug*, chanoine de Mayence, « vir doctus et gravis (disait *Jean Zwick*), quocum biennio vixi in Italia » (Lettre à Vadian, du 30 avril 1541).

¹³ *Jean Gropper* (1502-1559) chanoine et professeur de droit canon à Cologne, bien connu par sa collaboration aux « Canones concilii provincialis Coloniae sub... Hermannno archiepiscopo Coloniensi celebrati anno 1536. Coloniae, 1538, » in-folio (Voy. t. VI, p. 260. — Sleidan, II, 48).

¹⁴ Farel avait pu observer *Jean Eck* à Worms, en décembre 1540. Le chancelier saxon Frantz Burckhard écrivait le 22 avril à Grégoire Pontanus: « D. *Philippus*,... licet animo sit constantissimo in tuenda veritate, tamen video eum admodum esse interdum perturbatum, et metuere ipsum dolos et insidias. Ac quæ potest esse spes propagandæ veritatis, cum ebrius sophista *Eccius* ad talia negotia adhibetur, qui pluris facit Bacchum quàm ullam religionem? Et *Julius* totus pendet à Pontifice; tertius *Gropperus*, vir est satis bonus et modestus, neque etiam indoctus; sed vincetur ab uno clamoribus, ab altero astutia, et fortassis ipse quoque suas peculiaries proferet opiniones veritati Evangelicæ non per omnia consentientes » (Mel. Epp. IV, 184).

¹⁵ Voir ce qu'il disait le 31 janvier, après son retour de Worms (N° 938, renv. de n. 1).

tus, cum nuper mihi nunciatum foret *uxorem* et suppellectilem *Genevam* asportasse. Hoc accepto nuncio cœpi esse minùs sollicitus. Ratisponæ, 8, calend. Maias (1541¹⁶).

CALVINUS tuus.

Scriptum est huc nuper, multas gentes asiaticas a *Turca* defecisse. Ipsum igitur detineri nunc bello persico, quominus *Hungariam* vexet. Sed quia ex *Hungaria* scriptum est, vix audeo fidem habere. Cupio magis quàm credo. Hodie quoque allatum est, *monachum* qui regni gubernationem pro *pupillo* susceperat¹⁷ à suis captum. Itaque non dubitant quin ista occasione *Buda* in potestatem *Ferdinandi* sit ventura¹⁸. Dicuntur multi milites in agrum *Bremensis episcopatus* convenire. Quanquam ipsi non præ se ferunt cujus auspicia sequantur, suspicantur tamen multi *Henrichum nostrum Brunsvicensem* esse architectum : nam iidem sunt duces quos antea in nos armaverat. Si quis erit tumultus, periculum est ne occasionem magnis bellis præbeat.

(*Inscriptio* :) Optimo fratri meo Guillelmo Farello, Neocomensis ecclesiae pastori fideliss.¹⁹.

968

PIERRE VIRET aux Pasteurs de Zurich.

De Genève, 27 avril (1541).

Manuscrit original, non-autographe. Arch. de Zurich. Calv. Opera. Brunsvigæ, XI, 205.

S. Gratia et pax! *Farellum fratrem obnixè rogamus ut ipsam*

Le vœu de la très grande majorité des prélats catholiques était celui-ci: Point de discussion publique! Et si nous sommes contraints à accepter une discussion *intra muros*, il faut que le nombre des représentants de chaque parti soit aussi restreint que possible.

¹⁶ Le millésime est de la main de Farel.

¹⁷ Voyez le N° 957, notes 29-30.

¹⁸ *Ferdinand* occupait la ville de *Pesth*, en face de *Bude*.

¹⁹ Au-dessous, cette note de Farel, inexacte quant au jour : 23 Aprilis 1541.

[*l. ipse*] *ad vos peregrinationem susciperet*¹, *vobis fratrum qui in Gallia periclitantur religionis gratia, ac simul Genevensis ecclesie causam expositurus commendaturusque*: quibus qua via consulamus, nisi vestris adjuti precibus, opera, studio et diligentia, non videmus. Quibus sint expositi periculis miseri fratres, quàm sœva in eos grassetur tyrannis, quàm tristes nobis quotidie e *Gallia* nuncii afferantur, — dum alios audimus lanienis impiorum hominum destinatos, pagos excidendos ac funditus evertendos², alios in vincula coniectos, alios vivos fuisse exustos, — recensere prolixius, nisi notiora ac compertiora *Farello* essent, quàm ut nostris literis sit opus: qui vobis singula, fide optima, melius narrare poterit.

Nullus penè nobis dies, imò ne hora quidem elabitur qua afflictorum fratrum non audiamus querelas, pericula, cruciatus, ab iis qui ex hostium manibus elapsi, se *Genevam*, quasi in portum post naufragia tutissimum, piorum omnium asylum, recipiunt. *Nullus est ferè in Gallia locus quem non incaserit crudelis persecutio; nam, præter fratres Provinciâles, quorum tragedia nec recitari nec audiri siccis oculis potest, Aureliorum, Andaguri, Divioni, Romani, Gratianopoli*³, plurimos intelleximus in carcerem detrusos, et quosdam etiam extremo fuisse affectos supplicio: quod ex oculatis ac certissimis testibus didicimus. *Sed nemo est, quamvis omnes nobis sint charissimi, cujus vincula majorem animis nostris mœrorem iaceverint, quàm Sarmartani* [*l. Sammarthani*⁴], *viri multa eruditione ac pietate, cujus opera sperabamus Collegium Genevense, collapsum ac tum miserè disjectum, felicissimè erigendum*⁵, bonas

¹ *Farel* ne fut informé qu'après le 30 avril du voyage qu'il devait entreprendre pour la cause des Français persécutés. Sa lettre du dit jour aux Zuricois (N° 970) n'y fait aucune allusion. Nous verrons qu'il se rendit d'abord à Bâle, puis à Zurich.

² Allusion à la sentence prononcée le 18 novembre 1540 contre les habitants de *Mérindol* (N° 939, n. 15).

³ Nous n'avons pas de renseignements sur la persécution suscitée à cette époque contre les *Évangéliques d'Orléans, d'Angers, de Dijon, de Romans en Dauphiné et de Grenoble*.

^{4,5} *Charles de Sainte-Marthe* (N° 939, n. 7) avait donc été arrêté, pour la seconde fois, après son départ de *Genève* (février 1541). Mais, des paroles de *Viret*, on ne peut pas conclure que ce fut en 1541 qu'il fut jeté dans un affreux cachot à *Grenoble*, et retenu prisonnier pendant deux ans et demi (V, 206, n. 16). La *France protestante*, 1^{re} édition, dit en effet, qu'après une captivité de trente mois il fut libéré en 1540 et devint

litteras, quæ post ejectos fratres contemptorum et squalidorum in situ et pulvere jacuerant, pristino restituendas nitenti : hoc præsertim ⁶ tempore, quo Dominus deploratæ illius ecclesiæ ita misertus est, ut Evangelii fructus atque successus omnium expectationem longè superet. At secus visum est Domino, ne quid esset [omni] ex parte beatum : qui nobis nullum jam solidum voluit esse gaudium, in hac mortalitatis conditione, quod non aliqua tristitia portiuncula delloraret. Pergebant res *Genevensium* felicissimè, ac in dies majora accipiebant incrementa; sed *casus iste* nostros conatus valde remoratur.

Omnia nunc nobis sunt in manu. *Nunc ipsissimus est temporis articulus et peropportuna occasio instaurandi omnia quæ collapsa fuerant. Sed desunt viri doctrina et pietate commendabiles, qui hoc præstare queant.* Magistratus et populus denique totus in hoc est, ut Reipublicæ optimè consulatur, tollantur offendicula, factiones, seditiones et reliquæ id genus Reipublicæ pestes ad malos corvos relegentur, ministerio Verbi suis reddatur honos, juvenus probè instituat, nosocomia et xenodochia reparentur, quæ factiosorum et impiorum hominum opera corruerant. Sed paucissimi sunt qui pios eorum conatus adjuvent et promoveant, cum tamen non desint plurimi qui obturbare potiùs ac remorari conentur et ecclesiarum invadeant tranquillitati. Hactenus Dominus non mediocriter nostros labores fortunavit; sed nemo est cujus pares sint humeri tantæ moli sustinendæ, nedum mei, qui sum animo et corpore adeò imbecilli, ut mirum sit me hucusque perdurare potuisse. *Perstiti [l. Præstiti] quod potui; verum nisi mox accesserint qui hanc in suos humeros provinciam suscipiant, et decertantem adjuvent, magnopere timeo ne nobis omnis laborum fructus pereat; et nisi me Dominus mirabiliter fulsisset, viresque addidisset, pridem imposito oneri succubuissem, tot et tantis obrutus ac submersus negotiis.*

Vos igitur per Christum Dominum oro omnes et obtestor, ut hujus ecclesiæ curam suscipiatis, nec secus vestræ commissam fidei arbitremini quàm eæ quibus præestis, detisque operam ut Calvinus, verus ⁷ illius ecclesiæ pastor, omnium suffragiis revocatus, ac

ensuite professeur des trois langues classiques à *Lyon*. En 1540, suivant du Verdier, il publia l'ouvrage intitulé : « La Poésie Française de Charles de Sainte-Marthe, divisée en trois livres, contenant Épigrammes, Rondeaux, Ballades, Chants Royaux, Épitres, Élégies : plus un Livre de ses amis, imprimé à Lyon par Claude Nourry, dict le Prince, 1540. »

⁶ Dans l'original, *prospectum*.

⁷ Édition de Brunswick : *vetus*.

omnibus desideratissimus et anxius expetitus suspiriis, *ei restituitur*, quo nullus hodie vivit qui plus in ea possit, cui omnia sunt [l. sint?] in ea exploratiora, ut simul ecclesie consulatur et ministerio Verbi suus restituatur honos, — nisi videri vultis omnium ecclesiarum curam abjecisse, et in Christum perfidi et fratrum proditores qui vestram operam implorant, quam denegare non potestis, nisi omni careatis humanitatis sensu.

At meliora de vobis omnibus semper sperare didici. Quo fit ut iterum vos per sacra omnia adjurem et obtester. ut primo quoque tempore huic saevo [l. serio⁸] negotio manum admoveatis, nec nostram de vobis fallatis expectationem, ac simul literas hortatorias et monitorias ad honestos⁹ scribatis : ut quemadmodum in *Calcino* revocando testati sunt pium in Verbi ministros affectum, dejeraruntque eorum impietatem et perfidiam à quibus tam turpiter, indicta causa, nulla servata juris religione, rejecti sunt fratres à quibus docti fuerant, — ita in aliis quoque facere pergant, et aliquam habeant disciplinae ecclesiasticae rationem et offendiculi quovis terrarum sparsi, praesertim in *Coraldo*, quem tam indignis tractatum modis, post vincula, in solatium suae caecitatis, in exilium relegarunt¹⁰, nulla ejus paupertatis, infirmitatis et miseriarum habita ratione, et laborum quibus vir bonus se ipsum penè exhausserat. Perscribite omnia quae vobis visa fuerint cessura in gloriam Christi. Minimè dubium est quin lubenter per omnia vestrum sint consilium amplexuri.

Valete, fratres dilectissimi et patres observandi, et illius sitis ecclesie memores, cujus casus caecus [l. secum] multarum trahit ruinam, cujus successus et profectus latissimè diffunditur. Genevæ, vicesimo septimo Aprilis (1541).

Vester ex asse PETRUS VIRETUS.

(*Inscriptio* :) D. Heinricho Bullingero suo, Zürich¹⁴.

⁸ Ibidem : *sacro*.

⁹ Le copiste a sauté quelques mots, probablement ceux-ci : *reipublicae Genevensis magistratus*.

¹⁰ Le 25 avril 1538 (t. IV, p. 423, renv. de n. 3-5 ; 430, n. 8).

¹¹ Le sceau porte les initiales J B, accouplées, peut-être celles de *Jacques Bernard*. La lettre a été écrite par un copiste allemand. Viret n'eut pas le loisir de la revoir, parce qu'il devait en expédier plusieurs exemplaires.

969

RODOLPHE GUALTHER (à Oswald Myconius, à Bâle).

De Ratisbonne, 28 avril 1541.

Inédite. Autographe. Bibl. de la ville de St.-Gall.

Gratiam et pacem a Domino! Non dubito, humanissime pater, quin jam diu meas expectaveris literas, quibus *de Comitiorum negotiis* certior fieri posses. Sed quia et negotiorum turbis² et tabellionum inopia hactenus impeditus sum, non potui id præstare hactenus, quod et ipse votis omnibus cupiebam. Quid verò longiore excusatione mihi apud te opus sit non video, cum te mihi non patronum sed patrem esse certò sciam. Quamvis et si antehac omnino scribere voluissem, tamen pauca adhuc hîc transacta erant, quæ aut scriptu aut lectu digna videri poterant.

Scias itaque nos unà cum Illustrissimo *Hessorum principe Ratisbonam* apulisse Martii 27³, felici et auspiciato itineris successu.

^{1,2} Voyez, sur *Rodolphe Gualther*, le t. V, p. 333-35, 365; t. VI, p. 147, 150, 470. Après avoir quitté Lausanne, il avait séjourné quelque temps à Bâle, puis à Strasbourg, et, au mois de juin 1540, il s'était rendu à *Marbourg* pour y continuer ses études. La théologie, les mathématiques et la poésie latine l'occupèrent pendant tout l'hiver. Le 13 novembre, il annonçait à Bullinger son intention de postuler prochainement le grade de maître ès arts. Comme il possédait assez bien la langue française et qu'il était très estimé des professeurs de Marbourg, nous supposons que c'est grâce à leur appui qu'il avait été provisoirement adjoint à la chancellerie de *Philippe de Hesse*, en qualité de traducteur ou de secrétaire (Voy. ses lettres à Bullinger et à Myconius. Arch. de Zurich. Bibl. de Saint-Gall. — Fueslinus. Epp. Reformatorum, p. 194, 202).

³ Spalatin dit aussi, o. c. p. 537, que le Landgrave fit son entrée à Ratisbonne le dimanche *Lætare*, c'est-à-dire le 27 mars : ce dimanche étant le troisième avant Pâques, fête qui tomba sur le 17 avril en 1541. Il faut donc considérer comme inexactement datée la lettre de *Joach. Moller* du 24 mars à Paul Eber, dans laquelle on lit : « *Heri venit Thermanes* [scil. Landgravius Hassiæ] stipatus ducentis equitibus » (Mel. Epp. IV, 137, à comparer avec la lettre d'Osiander du 28 mars, p. 141).

Exceptus est *princeps noster* tum a Cæsarea Majestate tum ab aliis principibus quàm humanissimè. Quamvis enim *Imperatori* adventum suum pollicitus fuerat, hospitia conduci et preparari præceperat, tamen calumniatorum quorundam fraudes et convitia, eam omnibus inspirarant mentem, ut nemo eum adventurum existimaret. Venit igitur ut inexpectatus, ita omnibus bonis et piis gratissimus. Sequenti statim die coràm Cæsarea Majestate obedientiam suam testatus est, et *Ducis Henrici*⁴ scelera et fraudes exposuit: etiamsi hactenus in eo duorum principum dissidio, nihil adhuc actum sit, quia aliis negotiis majoribus Imperii proceres impediuntur.

Aprilis 5. primus fuit omnium Imperii Statuum et Principum conventus. Propositionem comitiorum *Cæsar* exhibuit, cujus summa est: Cæsaream Majestatem semper in *Germaniam* animo paterno affectam fuisse, quam ita religionis dissidio turbari tulerit ægerimè. Quòd verò remedium hactenus ferre potuerit nullum, non sua culpa, sed *Turcarum* irruptionum et aliarum expeditionum periculis evenisse. *Nunc verò se omnino velle ut primò de Religionis concordia, deinde de Turcarum irruptionibus sedandis agatur*⁵. *Ubiunque verò et verborum ordo et rei commoditas ferre potuit, callidè quædam de Sabaudie Ducis restitutione*⁶ *intermixta sunt. Qui et tum præsens interfuit et medius inter Principem nostrum et Ducem Henricum Brunsvigianum consedit.* Nunc enim omnino Imperii Romani membrum æstinatur, nec multi inveniuntur qui de restitutione ejusdem dubitent.

Aprilis 9, *Protestantes*, ut vocant, ad *Imperatoris* propositionem responderunt: primùm Cæsareæ Majestati gratias agentes ob paternum erga Ecclesiam et totam *Germaniam* animum, deinde se totos cum debita reverentia *Imperatori* submittentés, et omnem pollicentes operam, quæ ad *Germanie* concordiam et salutem

⁴ *Henri de Brunswick.*

⁵ Sleidan, II, 213-16, donne le résumé de ce discours. Voy. aussi Mel. Epp. IV, 151.

⁶ *François I* avait enlevé à *Charles III* la Savoie et le Piémont, et les Bernois occupaient le Pays de Vaud, le Pays de Gex, le Chablais et une partie du Faucigny. Sleidan, p. 214, rapporte les paroles de l'Empereur comme il suit: « Illo ipso tempore [scil. anno 1536] affini suo et Imperii beneficiario *Sabaudie principi* bellum fuisse factum et magnam ditionis partem armis ablatam: ideoque se tanquam ex officio defensionem illius tunc suscepisse, etc. »

facere possit. Excusarunt etiam sese quòd aliquot concilia indicta antehac invisere noluerunt⁷. Crastino⁸ verò die, *Imperator* petiit ut *Colloquii formam* et negotium universum sibi permittatur; se enim hoc ita instituere velle, ut nemini pio querendi occasionem præbeat. Quod ut illi permissum est, destinati sunt *Colloquii præsides* Dominus *Granvella* Imperatoris cancellarius et *Fridericus Palatinus Rheni*⁹. *Testes* verò, Cancellarii Palatini Comitum, Saxonie et Hassie, *Eberardus Rhode*, Moguntinus, et *Jacobus Sturmius*. *Collocutores* verò, *Philippus, Bucerus, Pistorius Nidanus, Eckius, Groperus* et *Julius Pflug*. Heri itaque *primus Colloquii congressus* factus est¹⁰. Quid verò conclusum sit, adhuc me latet. Spes autem facta est omnium optima. Omnis enim remora in uno *Eckio*, ficulneo prorsus homine, sita esse videtur.

Reliqua omnia bene succedunt. *Concionantur singulis diebus in diversoriis Evangelicorum principum doctissimi viri, ad quos quotidie magna turba civium, imò sacerdotum et monachorum, confluit.*

⁷ La réponse des Protestants est imprimée (Spalatin, o. c. 544-550. Mel. Epp. 157-160).

⁸ Il aurait dû écrire *Perendino*, la réponse de l'Empereur étant du lundi 11 avril (Mel. Epp. 161).

⁹ « Avec eux [les présidents] feurent ordonnez trois *auditeurs* de chacun costé » (Voy. l'ouvrage intitulé : « Les Actes de la Journée imperiale, tenue en la cité de Regespourg, aultrement dicte Ratispone... sur les differens qui sont aujourdhuy en la Religion... M. D. XLI, » volume de 208 feuillets petit in-8°, publié par *Calvin* à Genève, chez Jehan Gérard. Il est reproduit dans les *Calv. Opp. Bruns. t. V*). *Bucer* dit que l'empereur élut, comme témoins et auditeurs (*zeugen vnd zuhörer*), les six personnages suivans : Le comte *Dietrich de Manderscheid*, député de l'Électeur de Cologne ; *Éverard Ruden*, maître d'hôtel de l'Électeur de Mayence ; le Docteur *Henri Hass*, chancelier de l'Électeur Palatin ; *Frantz Burckhard*, chancelier de l'Électeur de Saxe ; *Jean Feige*, chancelier du Landgrave de Hesse ; et *Jacob Sturm*, député de Strasbourg (Voy. *Bucer. Alle Handlungen und Schrifften...* 1542, f. 30 a).

¹⁰ Le 27 avril, le comte palatin *Frédéric* convoqua les six théologiens élus pour le colloque, et, après leur avoir adressé une chrétienne exhortation, il les invita à ouvrir leurs conférences. Puis *Granvelle*, au nom de l'Empereur, leur « présenta un livre, qu'il dit avoir esté composé par gens sçavans, et qui avec la crainte de Dieu et bonne prudence avoient tâché de modérer les différens qui sont aujourd'huy en la Religion. Ainsi l'ordre de procéder fust de lire le livre, et, où les parties trouveroient quelque chose à redire, le corriger, fust en adjoustant, ou diminuant, ou bien changeant du tout » (*Bucer*, o. c. fol. 30, verso. — *Calvin. Actes de la journée de Ratispone*, fol. a 4, verso. — *Sleidan*, II, 217, 218).

In Paschatis festo *Princeps noster* Cœnam Dominicam celebrari jussit; cum qua multi civium et senatorum communicarunt. Quid multis? *Rotisbona ipsa e.e. maxima parte nostra est.* Quid? quòd et ipse *Cæsar* multis papistis jam suspectus est? Certè eam humanitatem *Principi nostro* exhibet, ut non Imperatorem, sed familiarissimum amicum id facere putares. Imò *tribus Evangelicis collocutoribus* manum porrigens, eos humaniter excepit, dimisit verò humanissimè, injungens hoc ipsis ut veritatem fidei et religionis inquirant. *Ludovicus Baviaræ Dux* totus mitis est et à persecutionibus abhorret, ita ut et sui sine periculo nostrorum conciones adire possint. *Vuilhelmus* quoque frater multum à ferocia sua pristina remisit. Sapiùs enim cum *Landgravio* collocutus est et convivatus. Talem enim se *Hessus* gerit, ut omnibus admirationi sit et neminem non in amorem sui pertrahat¹¹. Dux verò *Henricus* vel *Haus Wurst*¹², omnibus invisus, hùc non vivit sed latet potiùs, animo et vultu prorsùs consternato. Videt enim nimirum se jam nec ab illis amari principibus in quos omnem suam spem collocarat, postquam illi jam edocti fraudes illius et fallacias, imò plus quàm *Neronica* facinora¹³, cognoverunt. Ego certè spero (nisi magnæ causæ coincidant) eò rem deventuram ut *Germania* posthac, si non omnino concors, à persecutionibus tamen libera futura sit. Atque ntinam ea esset apud nos expectanda felicitas!

*Quod enim Sabaudum attinet, valde metuo ne quid mali ferat. Ipsemet enim in Cæsaris aula*¹⁴ (cum me *Helvetium* esse ignorarent) *auditi, hoc anno illum restituendum fore, nisi Turcica irrup-*

¹¹ La plume de *Gualther* était moins admirative en 1540, quand il parlait de la bigamie du Landgrave (Voy. *Fueslinus*. Epp. Ref. p. 198-200, 205-206).

¹² N° 955, note 10. Voy. la lettre de *Luther* à *Mélancthon* datée : « *Feria tertia Palmarum, anno 1541,* » c'est-à-dire le 12 avril (*Luthers Briefe*, éd. de *Wette*, V, 341). *Bèze* en a publié les deux premiers paragraphes (*Calv. Epp.* 1575, p. 23), et, comme elle était copiée à la suite de la lettre de *Bucer* du 22 avril à l'église de *Strasbourg*, il lui a donné la même date, sans examiner si le troisième jour après la fête des Rameaux en 1541 correspondait au 22 avril. Les nouveaux éditeurs de *Calvin*, XI, 201, ont reproduit le texte de *Bèze* et la date fautive, en ajoutant que la susdite lettre de *Luther* manque dans l'édition de *Wette*, continuée par *Seidemann* et *Burckhardt*.

¹³ Les incendiaires incarcérés en Allemagne pendant l'automne de 1540 (VI, 316) avouèrent que c'était *Henri de Brunswick* qui les avait soudoyés (Voy. les lettres de *Luther*, V, 309, 322, 345, 346, et celles de *Mélancthon* et de *Brentz*).

*tiones impedimento essent. Sunt hic quoque Friburgenses legati, nimirum nil boni peragentes: quantum enim à nonnullis audiri, suam Sabaudie partem Duci oblaturi sunt, ut qui non sibi hæc raperint, sed ne a Lutherinis obsessa penitus disperderentur*¹⁵. O scelera et impiam perfidiam! Certè, mi pater, multa sunt quæ nos ad concordiam et christianam vitam hortari debebant. *Invisum est nomen nostrum apud omnes Imperii proceres. Laboramus nos domesticis inter nos morbis longè omnium gravissimis. Accedunt multi magnorum malorum fomites. Quid verò nos interim facimus? De alienis occupandis et terminorum dilatatione solliciti*¹⁶, *id agimus ut et nostra libertas in maximum periculum incidat.* Certè hæc penitior conyderatione opus haberent, nisi regnandi libido, avaritiæ pestis et superbiæ inflammatio eorum corda obsedissent quorum de hujusmodi rebus cogitare intererat¹⁷. Ego, mehercle, quantum videre possum, nil nisi magnos tumultus et pericula patriæ nostræ imminere video, et multum timeo ne nonnullorum pertinacia communis mali causa fiat. *Quis enim dubitabit, num Romanum Imperium eum restituere velit quem membrum Imperii agnoscit, quem consultationibus publicis adhibet, quem inter primos Imperii proceres in consessu collocat*¹⁸? Quare meo consilio optimè factum videretur, si verbis et pacificè ea componerentur quæ alioquin armis gerenda sunt. Hoc certè omnes mirantur, imò *multi boni dolent quòd Bernensium nullos hic legatos vident, qui factum suum*¹⁹ *aut defendant aut excusent.* Scis, mi pater, securitas quantum in republica malum sit. Quòd si nostris viribus et munitionibus fortissimis fidimus, quis nescit nos baculo niti arundineo? Quòd si in

¹⁴ Gualther avait donc pénétré à la cour, comme faisant partie de la suite du Landgrave de Hesse.

¹⁵ Le 25 février 1536, les Valaisans avaient pris un engagement tout pareil envers les quarante-sept communes du territoire savoisien dont ils venaient de s'emparer, de Saint-Maurice, sur la rive gauche du Rhône, jusqu'à la Dranse : « a Sancto Mauritio Agaunensi citra lacum Lemanum, usque ad aquam Dransiæ, tam in plano quàm in monte » (Voy. le P. Sigismond Furrer. Urkunden welche Bezug haben auf Wallis. Sitten, 1853, p. 328-331. — Boccard. Hist. du Valais, p. 176, 177).

¹⁶ Allusion aux procès pendants entre Berne et Genève, et entre Berne et le Valais (Voy. les Recès des Diètes suisses, vol. de 1533-1540, et de 1541-1548, *passim*).

¹⁷ Allusion directe aux Bernois.

¹⁸ Charles III, duc de Savoie, était beau-frère de Charles-Quint et vicaire perpétuel du Saint Empire (N° 957, renvoi de note 18).

¹⁹ C'est-à-dire, leur conquête du Pays romand.

Gallum spem collocamus, quis nescit principum animos lubricos et incertos esse? ut taceam quòd et *Sabaudici* spem multò majorem in eum regem conjecerunt, promissa etiam quaedam Cæsareæ Majestati facta²⁰ jactitando.

Sed possum ego levior aut curiosior videri, qui de his tam multis ago. Sed quid faciam? *Urget et impellit me patriæ studium et amor, in qua tam multa desyderari video, quam tot periculis obnoxiam securitati minus studere animadverto.* Juvenis sum²¹, fateor, non tamen ita in patriam impius, nec tam incautus ferreusve, ut ea quæ contrà instituuntur non animadvertam et de iis doleam. Quare, pater charissime, quantum potest fieri, et te et alios bonos et sapientes viros de his agere velim, ne postea libenter de his consultaturis et tempus et facultas desit.

Hæc habui quæ nunc pro certis et compertis scribere potui. Rumores quos ubique spargi novisti vagos et vanos non moror. Neque enim tempus sufficit mihi ut ea scribam, nec tibi ea voluptati esse scio quæ incerta et ficta sunt. *Gryneo* scripsi²², sed paucis; tu è tuis istis literis ea ostendes quæ scitu digna judicabis. Salutatur te vir et pietate et eruditione insignis D. *Joan. Draconites*²³, dominus, imò amicus et pater meus amicissimus. Salutabis et tu, nomine

²⁰ A la suite des propositions séduisantes faites par *Charles-Quint* à *François I* (fin mars 1540, t. VI, p. 201, n. 17), les partisans de *Charles III* avaient peut-être cru sérieusement que le roi de France s'était engagé à lui restituer les États de Savoie.

Nous avons relevé quelque part cette épigramme contre le duc *Charles*, composée à Ratisbonne : « Prudens, sciens, vivus vidensque pereo : nec quid agam scio. »

²¹ Il était âgé de vingt-un ans et demi.

²² *Simon Gryneus*, comme on le voit, ne s'était pas rendu à *Ratisbonne*. Il fut élu recteur de l'université de *Bâle*, le 1^{er} mai. Gualther lui écrivait le 28 avril : « Plurimum profuit tua apud *Draconitem* commendatio. Cum enim antè nihil non humanitatis mihi exhiberet, tamen nunc tua commendatione provocatus, non amici sed planè patris in me adfectum induit. Quin et nunc *Ratisbonam* profecturus me itineris comitem habere concupivit. Cum enim tui sit studiosissimus, neminem non veneratur et amat quemcunque abs te amari intelligit » (Mscr. autogr. Bibl. de Saint-Gall).

²³ *Jean Drach* ou *Trach* (1494-1566), en latin *Draconites*, était originaire de Carlstadt en Franconie, et il enseignait la théologie à *Marbourg*. Habile hébraïsant, il a publié plusieurs commentaires sur les livres de l'A. T. (Voy. la Biblioth. univ. de Gesner et l'Encyclopédie de J.-J. Herzog, 2^{me} éd. III, 688-689).

meo, *matrem meam uxorem tuam*²⁴ quàm officiosissimè cum omni familia : *Blatterum* quoque, amicum veterem, cum *Henrico Billingo*²⁵, amico et fratre meo semper observando. *Hospinianum*²⁶ cum nova conjuge diu et fœliciter vivere exopto. Vale, mi pater, et *Rodolphum tuum* amare pergas. 28 Aprilis 1541. Ignosces lituris et inculto stilo, raptim enim hæc scribere coactus sum.

Tui observantissimus

R. G. T.²⁷.

970

GUILLAUME FAREL aux Pasteurs de Zurich.

De Neuchâtel, 30 avril 1541.

Autographe. Arch. de Zurich. Calv. Opp. Brunsv., XI, 209.

S. Gratiam et pacem a Deo! Cum redirem ex agro, mihi redditæ fuerunt vestræ literæ¹, quas mira cum animi lætitiâ excepi, ac gratulatus sum fratribus quòd priores unâ congregati eas legissent. Sanè, observandissimi fratres, quorum pietatem, doctrinam, nemo pius non suspicit, et agnoscere et fateri vel hostes coguntur, si vel vestrum unus ad me scribat, mirè afficior; non secùs mihi contigit accendi communibus literis, quàm admotis pluribus lignis facilè ardentibus ignis jam valens augetur.

Rogatis ut respondeam in sancta vestra in me voluntate, amem-

²⁴ Gualther étant orphelin, la femme de Myconius avait été pour lui une seconde mère, pendant qu'il étudiait à Bâle.

²⁵ *Thomas Platter*, professeur à Bâle (V, 46, n. 1). *Henri Billing*, jeune et riche Bâlois qui avait un goût prononcé pour la botanique et l'agronomie (VI, 330). Le 18 septembre 1541, Gualther déplorait sa mort.

²⁶ Probablement *Jean Hospinianus*, en allemand *Wirth*, né en 1515 à Stein, C. de Zurich. Il s'était déjà fait connaître par quelques poésies latines, publiées à Bâle en 1539 (Voy. J.-H. Hottinger. *Schola Tigurinorum Carolina*, 1664, p. 120. — *Athenæ Rauricæ*, p. 284). Un imprimeur nommé *Léonard Hospinianus* était alors établi à Bâle.

²⁷ C'est-à-dire, *Rodolphus Gualtherus Tigurinus*.

¹ Lettre du 4 avril.

que vos quos pectore toto in Domino colo, idque multa flagitatione contendo : ut sic de me vobis persuadeatis, nihil in Christo mihi charius saneta cum piis conjunctione, pace ac concordia charitate ardentiss.[ima] commissa, quam mihi apud vos incorruptam semper perdurare exopto. Nec dubito ita futurum per Christum, ejus gratia *vobis gratiam habeo quòd Genevensis ecclesie unà cum aliis ecclesiis rationem sitis habitari*, ut omnibus prospiciatur. Faxit Christus ut jam volenti purius Evangelium sectari, non desint qui opem ferant, præteritis omnibus obliteratis, et non pro dignitate eorum qui peccarunt, sed ut dignus est Christus ac omnium poscit ædificatio, succurrere studeant! Si non perspectissimum haberem vos totis viribus conari ut bene sit omnibus ecclesiis, quantum intelligitis posse vos aliquid, iterum ac iterum vobis commendarem illam ecclesiam.

Pergitis, o verè christiana pectora, *nos hortari ut agamus semper probè, piè ac syncerè omnia, repudiatis omnium² inrentis*. Cum nos liberasset Dominus à tam honorifico onere sacrosancti ministerii³, in quo semper versati sumus magno cum timore, quòd vires requirant humanis imò angelicis majores, — sicut semel susceptum deserere nefas reputantes, ita exonerati amplius non incumbere tanto ministerio decreveramus, nostræ nobis conscii infirmitatis, ac pervidentes quid Satan domi nobis moveret. Hic omnes effecistis ut rem morte ipsa graviolem rursus aggredieremur, submitentes iterum humeros importabili jugo, ad quod tam officiosè nos impulistis⁴. Nunc postquam coacti per Christum, qui peregit ut hic ministremus, licet valde refragati simus, vos summo studio contenditis ut purè perseveremus, ne bonis mala subdamus. *Quis, nisi Christi expers, non exciperet tam sanctum à tantis profectam Christi servis admonitionem?* Pater ille coelestis det ut tam purè absolvam Verbi cursum ac mecum omnes quàm vos id exoptatis! O si crebrè essent inter omnes qui Christi censentur, præcipuè qui ministrant in Verbo, sanctissimæ istæ exhortationes, pro clanculariis detractionibus, darentque omnes operam fratres adjuvare, non impedire, palàm cum eis agendo ipsos ad meliora invitare, et non cuniculis hostiliter aggrediendo prorsus perdere, nulla Christi neque Ecclesie habita ratione, quantò haberent se meliùs ecclesie! Vosque ob-

² Édition de Brunswick : *omnibus*.

^{3,4} Il veut parler de son bannissement en avril 1538, et de sa rentrée dans le ministère pastoral, au mois de juillet suivant.

Christum rogo, charissimi ac mihi colendi fratres, ut pergatis cum omnibus ut mecum jampridem cœpistis agere; nec pœnitebit vos operæ, nam *nemo unquam frustra facit quod jussit Christus: semper suo tempore sequitur fructus.*

*Audivistis quàm crudeliter ageretur cum piis, [ut] etiamnum fit hodie; nam ferro et flammis multos è vita tollunt tyranni. Fratres permoti jusserunt Wormaciam adirem rogatum pios qui illic coacti erant, ut efficerent, si per Dominum possent, quò tanta rabies mitigaretur⁵. Lubens p[arui]⁶. Non possem exprimere quid invenerim in cœtu illo. Nam pietatem, eruditionem, benignitatem et affabilitatem hostes cogebantur admirari. Ego verò laudabam Dominum talia orbi data esse lumina, pro instaurandis ecclesiis. Visum fuit ipsis fratres salutare literis. Philippus ille provinciam suscepit, ac omnium nomine scripsit⁷. Ego fratribus d[edi], et quamvis post alios legerim, tamen mihi non sunt visæ nisi piæ ac dignæ quas audire debeant pii. Attingit, i[uter]⁸ alia, de institutione illa ante Cœnam, præcipuè quod ad fidem attinet⁹: quod fratribus non videtur absurdum, non quòd velint pontificium aliquid revocare, siquidem vel ad solam pontificis antichristi nomenclaturam horrent, quidvis potiùs admissuri quàm tantum hostem pietatis, vel aliquid ab eo profectum. Sed cum experiamur omnes, sanctissimam cœnam, et nulla ratione profanandam Ecclesiæ communionem offerri profanissimis et summè impiis hominibus, qui nihil tenent neque norunt Christi, quos si priùs intincti non essent, nemo admitteret nisi interrogatos [de] fide ad sacrum lavacrum (alioqui profanare meritò diceretur sacrosanctam Christi institutionem qui ita, si[ne] aliqua exploratione, intingendos tales curaret), — non minori religione, ne dicam majori, sanctissima cœna danda venit, à qua meritò excludimus¹⁰ quos ab intinctione non arcemus. Atque, ut ego ingenuè fatear, *nulla re magis angor animo, nec quicquam in eccle-**

⁵ Voyez le t. VI, p. 397, note 8.

⁶ Après *Lubens*, on aperçoit un trait vertical et une lacune. Les nouveaux éditeurs de Calvin ont lu: *Lubensque non possem*, ce qui n'amène pas un sens naturel.

⁷ Lettre de *Mélancthon* aux pasteurs neuchâtelois, VI, 418-422.

⁸ Édition de Brunswick: *idem*.

⁹ Voyez, sur *l'examen des communicants*, la lettre de *Calvin* écrite vers le 13 mai 1540 (VI, 223, 224).

¹⁰ Nous avons cité dans le t. V, p. 219, quelques passages de la *Liturgie de Farel* sur la sainte cène.

sia ago quod ita me urat ut Cœnæ administratio. Me tantum non perdidit qui multis aliqui esse videntur, sibi verò maximi, quos studebam attollere ut Christo servirent; verum illis alius non est Christus quàm questus, gloria cum ocio voluptatis pleno. Hi tam perfunctoriè agunt omnia quàm rasi olim suas obmurmurabant preces: ita cœnam et intinctionem expediunt! Vix ipsis denegatur canibus, modò placeat populo quam agunt fabulam; aliud non puto ejusmodi¹¹ credere. Hanc confusionem Ecclesie ac omnium dissipationem, cathenamque malorum, cum nova in dies emergant auctis prioribus, acceptam fero profanationi mysteriorum Dei, dum sine delectu porcis ac canibus obtruduntur omnia. Magistratus quo[m]odo se gerat passim, alii vident. Hic quid desideremus, juges docent ex postulationes¹². Qui primas tenet, primus ac præcipuus per familiam offendit ecclesiam¹³; nec dubito esse qui tantum panem auferunt è Cœna; Verbum neque sequuntur neque audiunt.

Has labeles ecclesie, ne pestes dicam, si de fide prius liceret interrogare, haberemus Cœnam magis compositam, et plus fructus ex ea, et quantò frequentior esset ac major participantium pane Domini ratio haberetur, tantò magis experiremur Dominum efficacem per spiritum suum in suis sanctissimis mysteriis. Nunc cum vocatus hic omnia tam inordinata repererim, ac querar apud Dominum et pios, ex animo cupio consultum, aut me prorsus latere, liberum à tanto onere, quod deponere non audeo, cum a Domino impositum sit, neque ferre possum. Pios cohortatores¹⁴ in Domino excipio et gratiam habeo studentibus ad meliora me invitare, ad quæ adspiro: non enim quiescit animus in tam incompositis rebus.

Hanc igitur esse viam puto, cum aliud non cernam, ut quos non prius novimus, ac de quorum fide meritò dubitamus, interrogemus quid credant et sentiant de iis in quibus cardo nostræ salutis versatur, et sic diligentius quid talibus expediat per noscimus ac curemus; nam si quis rumpatur concionando, et non hos conveniat et audiat, nihil efficiet. Paulus non tantum omnes unâ docuit, verum etiam per singulas domos. Existimo pastoris esse gregis exactiorem habere curam, ut singulas, quantum fieri potest, contempletur oves, ac

¹¹ Sous-entendu *pastores*.

¹² Il entend par là ses réclamations fréquentes auprès des magistrats de la ville de Neuchâtel (V, 78, 82, 226, renv. de n. 15).

¹³ *Georges de Itive*, seigneur de Prangins, gouverneur du comté de Neuchâtel (V, 225, n. 13, 14).

¹⁴ Édition de Brunswick : *hortatores*.

unicuique rectè prospiciat justò et ordine et modo, ut errantes revocet, dispersas congreget, sicque agat ut bene habeant et sanæ sint oves ¹⁵: quæ negligentius omissa video. *Non pauci plus satis putant se fecisse, si vel frigide literam enarrarint, tantum Judais notatis; quid plebs agat, ut vivat, quid fructus reportet ex auditis, non curant. Egrotorum, pauperum, ignorantium, juvenutis, ne dicam omnium, nulla habetur ab his ratio:* quibus pudet me tantum accedere, ac uror quòd prospicere non possim. Nam qui hos, nomine tenus pastores, audierunt, plus eis tribuunt quàm omnibus Scripturis. Quàm est mihi cum his molestum certare! Sed Christus, qui mihi adfuit contra Pontificios, non deerit contententi ut purius et diligentius in ecclesia tam sancta et suscipiantur et distribuuntur. Nam horreo videre tales hodie constitui pastores, per quos omnia prophanantur. Taceo *de plebe* passim, cum in pastoribus utcumque cum fratribus hinc prospectum sit. Non videtur negligenda plebs, quin melius formetur et sanctius conveniat et utatur tam sanctis mysteriis.

Hic lubens meum vobis aperio pectus. Vellem ut plures, si Dominus daret, unà tractaremus de his, invocato Domino. Interea boni omnia consulatis, plus rem ipsam et affectum expedentes, quàm quæ mihi in his anxietatibus excidunt; nam *supra modum gravor, et quò minus possum, eò pluribus obruor, ut vix putem hodie vivere hominem cujus sors sit calamitosior.* Ita visum est Domino, cujus nomen sit benedictum! Omnes qui hic docemus vos obtestamur ut dignemini nos admonere eorum quæ cupitis nos sequi in Domino. Intellegitis sanè quàm grati parere contendemus tam nobis in Christo observandis Ecclesiæ luminibus.

Cupimus vobis commentatos esse variè afflictos propter Evangelium, ut pro viribus eos adjuvetis. Valet, nostri memores in vestris precibus. Do. Jesus prospera vobis omnia faciat et suæ ecclesiæ cui præestis ab eo vocati, et vobiscum omnibus tum pastoribus tum ecclesiis ¹⁶, quorum pacem ac sanctam in Domino concordiam Christus ipse det ut omnes studiosissimè procurent et sanctissimè conservent! Neocomi, ultimo Aprilis 1541.

Vester totus in Domino FARELLUS.

(*Inscriptio* :) Præclariss. Christi administris, pastoribus, doctori-

¹⁵ On peut s'assurer que *Farel* avait sur *la cure d'âmes* les mêmes idées que les pasteurs de Strasbourg (IV, 274-75 ; V, 60, 1^{er} paragraphe ; VI, 45, deuxième paragraphe de l'article 7).

¹⁶ Édition de Brunswick : *ecclesiæ*.

bus et ministris insignis ecclesiae Tigurinae, in Domino quàm maximè observandis, Tiguri.

971

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Ratisbonne, 4 mai (1541).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calv. Opp.
Brunsvigæ, XI, 213.

Tametsi satisfactum abunde tibi puto superioribus meis literis, quia tamen per *Frellonium*¹ dabatur mihi commoda scribendi occasio, eam non volui prætermittere, præsertim cum nova causa accessisset. Nam *Tigurini* nuper, ut audio, nostros vehementer rogarunt, ne protectionem meam impedirent². Me quoque privatim alteris literis³ graviter obtestati sunt, ne vocationem Domini respuerem. Id tuo impulsu factum esse *nostrî* facillè judicant⁴. *Cum autem video te ita sine intermissione satagere, fieri non potest quin mihi in mentem veniant, te aliud de me et aliis suspicari quàm debeas. His suspicionibus liberare te ab initio volueram, cum scriberem⁵, Philippi rogatu me huc iterum amandari. Quòd si ego conjecturis tuo more indulgerem, potiùs aliò inclinaret animus: parùm abfuisse, quin eorum consilio domi manerem quos authores hujus protectionis fuisse opinaris⁶. Sed ego frustra his cogitationibus me nolo excru-*

¹ *Jean Frellon*, libraire à Paris, ou son frère *François*, libraire à Lyon (V, 7).

²⁻³ Lettres du 4 avril. Nous n'avons reproduit que la seconde, N° 961 (Voyez p. 74, n° 2).

⁴ Ils avaient deviné juste. Voyez le P.-S. du N° 945, et le premier paragraphe du N° 960.

⁵ Le 31 janvier : quatrième paragraphe du N° 938, p. 11.

⁶ Il est bien possible que *Bucer* n'ait pas insisté pour être accompagné de *Calvin*. Il connaissait son inflexibilité dogmatique et redoutait peut-être son jugement sur le livre que *Gravelle* avait fait rédiger par son secrétaire, le Hollandais *Gérard Veltwyck*, et par *Jean Gropper*, pour servir de base aux conférences de la prochaine diète, — livre qu'on a

ciare. Maluissem excusare, si conscientia mea passa esset. Quam seriò excusavi; sed non licuit ad extremum detrectare. Certè non ausus sum, ne viderer Deo et hominibus refragari. *Huc ergo vel missus sum, vel extrusus. Nunc quibusdam veluti compedibus ligatus sum, quas abrumpere ante tempus, etiam si maximè velim, nequeo.* Dissolvere tamen sensim conabor. Quia videbam tuo desiderio vel celeritatem, moram esse, consilium de quo nonnihil attingi literis prioribus ceperam, ut hinc rectà *illuc*⁷ confecto negotio pergeremus. Sed multæ rationes me cogunt redire priùs *domum*⁸. Efficiam tamen, si potero, ut ante nundinas⁹ me *Argentoratium* recipiam. *Inter nundinas illic concionabor. Mox istuc evolabo. Non video quid ampliùs flagitare à me possis, nisi fortè hoc ipsum te juvat tuis querelis me conficere et tantum non exanimare. Feram equidem, si exorare non potero ut te aliquanto mihi æquiores præbeas.* Sed impetrare abs te malim, ut ne me flagelles nisi meritum. *Tigurinis*, cum primùm habuero nuncium, amicissimè respondebo: literas enim neque amiciores neque honorificentiores scribere non poterant. Sed, crede mihi, istud totum supervacuum fuit; nam *nostri multis signis declarare mihi videntur, se de me retinendo nihil ampliùs laborare.* Hoc tamen boni attulerunt illæ literæ¹⁰, quòd quoquomodo expedit foveri inter istas duas ecclesias conjunctionem. *Bucerus* certè ea causa plurimùm fuit exbilaratus¹¹. Tu *Viretum* interea crebris exhortationibus confirmabis, ne moræ tædio frangatur, et hæc ipsa cum eo communicabis.

Magnopere scire velim an literæ ad vos omnes meæ pervenerint. Sub abitionem meam, tibi. *Vireto, senatui Genevensi* eodem nuncio scripseram¹². *Ulma* deinde alteras submisi¹³. Hinc ternas¹⁴.

surnommé *l'Interim de Ratisbonne*, et que *Bucer* et *Capiton* avaient trouvé « passable » (*leidlich*). Voyez N° 969, n. 10.— De Wette, *Luthers Briefe*, V, 333. — Melanthonis *Epp.* IV, 93, 96, 190, 378, 572, 578. — Valerii Andreæ *Bibliotheca Belgica*, p. 285. — Neudecker. *Merkwürld. Aktensücke*, 1838, p. 249-252.

En fait, c'est le Conseil de Strasbourg qui avait décidé, peut-être à la suggestion de *Mélancthon* et de *Jacob Sturm*, que Calvin se rendrait à Ratisbonne (N° 943, n. 6).

⁷ Scil. *Genevam*.

⁸ C'est-à-dire, à *Strasbourg*.

⁹ La foire d'été de Strasbourg commençait le 26 juin.

¹⁰ La lettre des pasteurs zuricois du 4 avril à ceux de Strasbourg.

¹¹ Voyez le t. V, p. 141, note 6, et le t. VI, p. 196-198.

¹² Il existe deux lettres de Calvin du 19 février, adressées l'une à

Istæ erunt quaternæ. Primas et secundas nisi *Argentoratam*; tertias *Solodurum*.

Mihi etiam rem non ingratham feceris, si indicaveris *quot adhuc tibi supersiut exemplaria Institutionis*¹³. Gratissimum verò officium, si præstare voles, fideliter ac diligenter quis *istic* sit rerum status, expone. Vale, optime et integerrime frater. Saluta mihi reverenter omnes fratres : *Capuculum, Thomam, Corderium, Michaëlem* et reliquos. Ego scribendo sum fatigatus. Hic enim est tertius nuncius quem literis onero. Ratisponæ, 4. nonas Maias¹⁶.

CALVINUS TIHS.

(*Inscriptio* :) Optimo et chariss. fratri meo G. Farello, Neocomensis ecclesie pastori fideliss.

972

LE CONSEIL DE BALE au Conseil de Berne¹.

De Bâle, 6 mai 1541.

Manuscrit original. Archives de Berne.

(TRADUIT DE L'ALLEMAND.)

Pieux, prudents, honorables, sages et particulièrement bons amis et fidèles chers Confédérés! Tout d'abord, nos amicaux et empressés services, avec tout honneur, amour et bien qui sont en notre puissance.

A la date de ce jour², le savant et pieux homme Monsieur *Farel*, ministre de la parole du Seigneur, *s'étant présenté devant*

Farel, l'autre au Conseil de Genève. Il ne paraît pas qu'il ait écrit le susdit jour à *Viret*.

¹³ Nos 949, 950, 951.

¹⁴ Nos 957, 958, 967.

¹⁵ Voyez le t. VI, p. 255, notes 6-7, 256, 296.

¹⁶ Farel a écrit sous l'adresse : « 4 die maio 1541. »

¹ Pièce résumée en allemand moderne dans les Recès des Diètes suisses, vol. de 1541-1548, p. 50.

² Le secrétaire aurait dû écrire : *à la date d'hier*. La décision dont il est parlé plus bas (renv. de n. 4) fut prise, en effet, le jeudi 5 mai.

nous avec quelques Français³, il nous a dépeint la grande violence et oppression qui, par suite des ordres du Roi, pèse journallement comme un insupportable joug sur la tête des fidèles qui professent en France notre sainte religion. Ils nous ont instamment priés et chrétiennement exhortés de vouloir bien leur accorder secours et conseil.

Là-dessus, d'un même sentiment, nous avons délibéré et résolu (comme vous le verrez par l'écrit ci-inclus⁴, que nous vous envoyons avec la présente lettre) de vous requérir amicalement de vous résoudre sur cette affaire de la même manière que nous, et de nous envoyer votre décision par le présent porteur⁵. Nous la transmettrons au plus tôt à *Strasbourg* avec la nôtre par un député spécial, afin de procurer secours et consolation aux pauvres fidèles persécutés. Vous ferez ainsi, avant tout, une œuvre agréable au Dieu tout-puissant, comme nous l'espérons entièrement de votre part et nous en assurons. Donné le vendredi 6^e jour de Mai, l'an, etc., XLI.

JACOB MEYGER BOURGEMESTRE
ET LE CONSEIL DE LA VILLE DE BALE.

³ C'étaient peut-être des députés venus du Dauphiné ou de la Provence, et qui avaient passé par Neuchâtel pour réclamer l'intercession de *Farel* auprès des États évangéliques. Le paragraphe suivant du Manuel de Berne permettrait de supposer que le Réformateur s'adressa d'abord aux Bernois : « Lundi 2 mai 1541. Si *Strasbourg* et les Évangéliques qui sont à *Ratisbonne* écrivent en faveur des persécutés du *Dauphiné* et communiquent leur lettre à mes Seigneurs, ceux-ci veulent aussi prendre part à leur démarche » (Trad. de l'allemand).

⁴ L'écrit inclus était une copie de l'arrêté du Conseil de Bâle du jeudi 5 mai. Il est conçu en ces termes : « Relativement aux fidèles de la France, le Conseil est entièrement disposé à écrire pour eux au Roi, en même temps que les villes de *Zurich, Berne, Schaffhouse, Saint-Gall, Mulhouse, Strasbourg, Constance* et autres Princes, Seigneurs et Villes, nos coreligionnaires, — ou à poursuivre le même but par une ambassade envoyée au nom de tous. A cet effet, on devra s'adresser à ceux de *Strasbourg*, afin qu'ils écrivent de cette affaire à leurs députés qui sont à *Ratisbonne*, et les invitent à conférer là-dessus avec les Princes, Seigneurs et Villes et les autres qui sont nos coreligionnaires, et à traiter au nom de tous avec l'ambassadeur du Roi ; ou bien [il faudra] envoyer à Sa Majesté une requête collective » (Trad. de l'all. Recès, vol. cité, p. 51).

⁵ La décision de *Berne* fut telle : « 10 mai. Écrire à ceux de *Bâle*, que mes Seigneurs leur donnent plein pouvoir pour — suivant leur dessein et arrêté — requérir ceux de *Strasbourg* d'agir en faveur des chrétiens en France. Mes Seigneurs s'associent à leur entreprise et ils les remercient pour les nouvelles communiquées » (Trad. de l'all.).